adsumptam hominis formam dictum est pater maior me est.
Et qualis ergo patris inquantum deus est, subiectus uero inquantum ho
mo est; PURSUS IN EODEM LIBRO AGUSTINI

AUideo dum de uno filio dei inquireris duos introducere uoluisse
ut dicas filium dei filium hominis;

MNON SUNT duo filii sed unus, quia ille qui erat dei filius
factus est hominis filius in unitate persone, Quia sicut anima
et caro unus est homo, ita uerbum et homo unus est xpr;
Duas substantias accepimus in uno filio dei, unam divinitatis, alte
ram humanitatis non duas personas, Igitur si dixerimus duas esse
personas introducamus duos filios dei, et iam non erit trinitas
sed quaternitas, Profecto nec quidquid dicitur; Et ita qualis
semper patris ubique praesens est, et in caelo totus et in terra
totus et nullo contentus caelo, Per id quod homo et passus

& mortuus & resurrexit. ascendit ad celum seditque ad ex
teriorem dei patris: & sic veniet ad iudicandos vivos & mortuos
quemadmodum est ire visus in celum in eadem forma carnis atque
substantia cuius pro facto in mortalitatem dedit naturam non abstulit;

A Si una substantia est patris & filii & spiritus sancti In eodem libro
quomodo filius sine patre & spiritu sancto suscepit carne

M Neque personae patris neque spiritus sancti sed sola filii personae suscepit
carnem; Et ut hac intellegas comparationibus utor
ut ex creaturis intellegas creatorem; Ceste in anima est
ratio; Et cum sint unum aliud anima agit aliud ratio; Ani
ma vivimus ratione sapimus; Ita pater & filius & spiritus sanctus
cum sint una substantia totius trinitatis operatione hominem
quem adsumpsit. Non totius trinitatis adsumpsit sed sola filii
personae Agustinus de eodem libro

A Quomodo illud intellectum est quod in evangelio legitur; Sicut
pater habet vitam in semetipso sic dedit filio vitam habe

M Scimus filium dei a se ipso non esse sed a patre Ire in semetipso
genitum esse. patrem vero a nullo genitum esse; A nullo vitam ac
cepisse; Dedit pater filio vitam gignendo. non quod prius fu
erit filius sine vitae & postea acceperit vitam sicut nos qui per
peccatum amisimus vitam & per gratiam salvatoris recepimus
Ideo dicitur accepit vitam quia non est a semetipso ge
nitus non existenti dedit sed gignendo; Item de eodem libro

A Quam ratione & testimoniis persuasisti mihi de subiectio
ne filii quod non sit secundum substantiam dei minor sed
secundum formam servi quam adsumpsit. ideoque quid de missione
spiritus sancti sentias nunquid non a & ipse hominem adsumpsit ut mis
sus esse dicatur,

M Sicut enim non secundum substantiam dicitur seu missus seu
minor filius. ita nec spiritus sanctus; Postremo sicut ille propter ho
minem minor aut missus. ita iste propter columbam uel ignem missus
dicitur; Scilicet quia cum ei non substantia ac quia ac equa
lis est patri ac pariter. sed ut dictum est per subiectam
creaturam pertenerat. sic spiritus sanctus columbam uel ignem
si factae illae uisiones de creatu ra inferiore ad mani
festandum spiritum sanctum postea destiterunt; Numquam illam
comprehensibilis immutabilisque diuinitas quod est trinitas
dicitur ab oculis carnalibus; uidetur potest nisi ut dictum est per subiectam creaturam;

A Filius accidit sic de patre quomodo natus non quomodo da
tus. spiritus uero sanctus sic est de patre et filio quomodo dictus non
quomodo natus. ideoque quaero quid distat inter nativita
tem filii et processionem spiritus sancti;

M filius autem solus est patris non spiritus sancti ambosum spiritus idem et patris et
filii; Quod si spiritus sanctus filius dicatur nullus autem filius est nisi
duorum patris et matris. quod absit quod inter deum patrem
et filium tale aliquid suspicemur. quia nec filius hominis si
mul ex patre procedit et matre quia cum procedit ex patre
non tunc procedit ex matre. et cum procedit ex matre in hanc
lucem non tunc procedit ex patre; Spiritus uero sanctus non de pa
tre procedit in filium et de filio procedit ad sanctificandam
creaturam sed simul de utroque procedit; Ac de eodem libro;

A Quomodo intellegendus est sermo quem iohannes euangelis
ta de spiritu sancto dicit; Quia non loquitur a sem et ipso. sic namque ait.
Non enim loquitur a sem et ipso sed quaecumque audit et loquitur;

M Non loquitur a sem et ipso quia non est a se ipso, Pater

enim a nullo natus filius a patre est genitus; Spiritus sanctus a patre
procedens. ideo non loquitur a seipso. sed quecumque audiet
loquitur, audire illi esse est a se non est sed a patre. ideo que-
cumque audiet loquitur. De eodem libro Augustini

Aquid sit quod de eo dem spiritu paulus ad romanos scri-
bens ait; Nam quid oremus inquit sicut oportet nescimus
sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus;
qui autem scrutatur corda scit quod desiderat spiritus quo secundum
deum postulat pro sanctis;

Mmo dus iste locutionis frequenter in scripturis sanctis in-
uenitur sicut dicitur de ad hebreos; Nunc cognoui quia tu times
deum. hoc est cognoscere et efeci; Sicut dicit apostolus; Non
cognoscentes deum immo cogniti ab eo; Semper omnia in
presentia antequam fiant praesentia sunt futura iam facta sunt.
Quomodo dicitur cogniti a deo. nisi faciente deo. ut cognoscamus
deum. sic et hic scribitur spiritus sanctus gemere pro nobis id est gemen-
tes nos facere infundit nobis caritatem in deum et proxi-
mum. sicut dicimus lacrimas dies eo quod lacrimas facit. Aut tristis
quia tristes facit; Aut lacrimae epistula quos lacrimas facit. Sic et hic gemere dicitur spiritus sanctus eo quod
nos gementes facit. Item alibi in libro questionum Augustini

Aquid est ut occisis filiis lice quierant ex tribu iuda
rachel filios suos plangere dicatur;

Mquantum ad historiam pertinet rachel filii tribus benia-
min. Porro olim pro maleficiis propriis operibus scilicet so-
domitarum et estu quod in concubinam uiri leuite gesserant
a reliquis tribubus extincti atque eriasi sunt. quam ob rem con-
solationem recipere uelle negatur sciens nullam spem eorum

quiperisse noscuntur, Filii autem lucae in prime uisannis in sal
uatoris causa occisis; Unde horum causae planctum non uult ad
scribi quia et innocentes occisi sunt et propter dominum a quo sine du
bio mercedis gratiae ac aeternae uitae donati sunt; Quapropter
planctum rachel filiis conparere: quia et in presenti et in futuris
erasi sunt, Illi autem carnaliter plancti spiritaliter consolati sunt;
Filii autem rachel carnaliter conuersati flammis spiritalibus
consumuntur, Idcirco autem lucae filiis occisis ad impletum planc
tum rachelis euangelista testatur: quia tunc plangere fi
lios suos coepit quando filios sororis suae in tali causa uidit
occisus uitae aeternae uitae heredes existerent, Cum enim
aliquid aduersum euenit ex felicitate alterius infausta sua
miseriis luget. De eodem planctu hieronimus dixit ita.

Quia sepultus est iuxta bethleem in effrata ex interno cor
pusculi ospitio matris nomen accepit, Uel quod iudae et beni
amin duae tribus inuenire erant et herodis prae ceperat
non solum in bethleem interfici puerorum sed in omnibus finibus
eius per occansionem bethleem intellegimus multos de
beniamin fuisse caesos, Plorat ergo filios suos et non rece
pit consolationem secundum duplicem intellegentiam si
ue quod eos in aeternum mortuos estimaret; Siue quia con
solari se nollet de his quos sciebat uicturos; Quod autem
dicit in rama non putemus nomen loci esse iuxta gabaa
sed rama excelsum interpretatur, Augustinus.

Oriendum utique pro inimicis dominus docuit: quid est
ut contra animae occisorum ulciscise petant de deo
postulantes uindictam;

M Sic anime occisorum clamant uindicari se postulantes
sicut sanguis abel clamauit de terra; Causae enim sunt quae
clamare dicitur cum loqui non possint; Sanguis enim effusus
quid aliud quam uindicari se postulat clamans non uoce
sed ratione, Nam et opus opificem laudare dicitur per hoc
ipsum quod uidentem se oblectat; Non enim tam in patien
tes sunt sancti uturgeant feri quod sciunt tempore prefinito fu
turum. quod nec anticipari potest nec differri. sed hoc dic
to ostendere uoluit uindicaturum dominum sanguinem sanctorum suorum
Nequitiam patiens nunc uidetur impium putaretur bellum
quod contra sanctos geritur ut terrorem incutiat persequen
tibus dei seruos. et exostatur pro se patientes;
Sed dicitur quidem misericors et patiens est. Expectat enim ut im
pii credant et peccatores emendent; Inde est unde
ait propheta; Tacui numquid semper tacebo. et dicitur. Numquid
non faciet inquit dicitur uindictam seruorum suorum clamantium
ad se die ac nocte, Sic utique clamant sicut supra diximus;
Ergo si quis xpianus ad tempus uindictae non acerbae
neque cum sanguine non peccat. melius tamen fecerit
si dimiserit iudicio, AGUSTINUS
A Quid est quod si meon dicit ad mariam matrem domini inter
cetera, Positus est hic inquit in ruinam et resurrectionem
multorum in israel et tuam ipsius animam pertransiet gladius
ut reuelentur multorum cordium cogitationes;
M Si meon uir sanctus et diuinis oraculis commen
datur. per spiritum sanctum locutus est quid futurum esset hominibus
ex causa xpi. ut ruinae esset his qui cum sibi uiderentur

stare p obseruantiam legis atq: peritiam. diffidentiam tamen operum xpi caderent dissolutam promissione patrum;
Illi autem qui nullius prope dignitatis erant in lege credentib;
uero in xpm resurrectio in sr̄l ut dignitatem fierent qui prius indigni et inutiles erant et reprobarentur quia aliquid putabantur, Hoc est quod alio loco dicit dn̄s. in iudicium ego ueni in hunc mundum ut qui non uident uideant et qui uident caeci fiant; Denique non legis doctores n̄ fariseis non scribae secuti sunt xpm. sed piscatores homines imperiti et rusticani;
Hinc est unde dn̄s dicit; Pater gratias tibi ago quia abscondisti haec a sapientib; et prudentib; et reuelasti ea paruulis;
Quod autem addidit dicens. et tuam ipsius animam pertransibit gladius. ut reuelentur multorum cordium cogitationes hoc utiq: significauit quia et iam maria per quam gestum mysterium est incarnationis saluatoris in mortem dn̄i dubitaret tamen. ut resurrectione firmaretur; Omnem enim stupore quodam in mortem dn̄i dubitarunt; Qui se enim non ambigere uidens eum qui se filium dei dicebat sic humiliatum ut usq: ad mortem descenderit, Et quia ut dixi omnis ambiguitas recessura erat resurrectione dn̄i; Pertransire dicit gladium non super cadere aut contingere transeuntem membrum aliquod ut sicut gladius missus pertransiens iuxta hominem timorem facit non tamen percutit ita et dubitatio mestitiam facit non tamen occidit quia non sedit in animo sed pertransit quasi per umbram contingens corda discipulorum; Deniq: cleophas et alius discipulus ad emaus euntes in uia tristes dicunt in tempore et erit ipso dn̄o.

nescientes quia dn̄s est, Nos putabamus quia ipse esset qui inci
piebat liberare israhel; Dubitaverunt sed statim agnito
dn̄o transiit dubitatio; Similiter dictum est et de ioseph.
qui a fratribus pertransivit animam eius; hoc est mortem evadere
qui a dubitare de deo aut de xp̄o morte. ac per hoc qui desi
nit dubitare evadit mortem; GREGORIUS

Dmirum mihi videtur quod loth vel iosue angelos adorant
nec tamen adorare prohibentur, Johannis vero in apocalipsi angelum adorare voluit sed tamen isdem tunc
angelus ne se debeat adorare conpescit dicens, Vide
ne feceris conservus tuus sum et fr̄m tuorum, Quid ve sit
quod ante redemptoris adventum angeli ab hominibus
adorantur et tacent p̄modum vero adorare fugiunt q: sout dicitur;

Mprius namq: quam redemptor noster per carnem nasceretur
discordiam cum angelis habuimus a quorum claritate adq:
mundicia per primae culpae meritum per cotidiana delicta
longe distabamus; Quia enim peccando extranei erant
a deo extraneos nos a suo consortio deputabant angeli
cives dei, Sed quia nos cognovimus regem nr̄m. recognoverunt nos angeli cives suos; Quia enim caeli rex terram
nr̄e carnis adsumpsit. infirmitatem nr̄am illa iam
angelica celsitudo non despicit. Ad pacem nr̄am angeli
redeunt. intentionem prioris discordiae postponunt. et quo
prius infirmos abiectosq: despexerant iam socius venerantur, Ex quare quid aliud innuitur. nisi quod natu
ram nr̄am quam prius despexerant. postquam hanc super se
adsumptam conspiciunt substantiam sibi videre per timescunt

Nec iam sub se uel ut infirmam contempnere ausi sunt.
quam super se uidelicet in celi rege uenerantur; Nec habe
re dedignantur hominem socium qui super se adorant
hominem dominum; AGUSTINUS

D Omnes angeli aequales an inaequales creati sunt et si
aequales cur non omnes firmi et stabiles fuerunt, Si uero in
aequales quomodo alii prae scientiae suae stabilitatis
accepere meruerunt et alii futurae suae ruinae casum
minime praeuidere potuerunt.

M Omnes quidem angeli aequales creati sunt. sed cadentibus
illis per superbiam caeteri domino pia oboedientia adheserunt
accipientes certam scientiam suae stabilitatis quam illi alii
nunquam habuerunt; Et sic sunt gratia dei in omnibus circum
dati ut nunquam possint cadere ab eterna uita quae
perfruuntur domino coherentes, EUCHERIUS

D Quid est quod scribitur in luca de zacharia sacerdote
quod esset de uice abia. Expone.

M XXIIII sortibus in ministerium templi distributi fuerant sa
cerdotes. ut in ordine uicis suae quisque sacerdotali funge
retur officio, In hoc ergo ordine octauam sortem. abia
abuit de qua uice zacharias sacerdos fuit;

D Ad aduentum matris domini quomodo iohannis adhuc
sensu carens in utero potuit exultare materno;

M Poterat magis fieri sensu matris uel gaudio utraque
dam factum estimatur. ut et iam interioribus exultare tur
uisceribus;, Aut certe si hoc ad iohannem potius referri placet.
in tam miraculis diuinis reputandum est. sicut et illud cum

uox asinae in sonum sermonis erupit

De expositione sc̄i Agustini super Iohannem ista excerpsi:

Quid sibi uult quod Iohannis de saluatore dicit tantam testificationem tribuens dn̄o ut illum dicat sponsum se autem amicum sponsi & subiungit, Uenit fortior me post me cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius; Illum oportet crescere me autem minui; Quomodo crescit ihs; Dr̄ enim nec crescit nec minuetur. si enim crescit perfectus non est. si minuitur dr̄ non est; Ihs autem dr̄ quomodo crescit. si ad aetatem qui adignatus est esse homo; Qui accreuit ergo ihs aetate carnis ideo forte dictum est illum oportet crescere me autem minui. sed quod carnem pertinet coeui erant. sex menses in terra habebant pariter creuerant & si diutius ante mortem uellet dn̄s ihs xp̄s hic esse & ipsum Iohannem hic secum esse quomodo pariter creuerant ita pariter senescere poterant. sed & si pueri essent ambo non diceret illum oportet crescere me autem minui; sed si diceret simul nos oportet crescere; Nunc autem xxx annorum ille xxx & ille sex menses qui interierant nullam distinguunt aetatem; Qui dergo est illum oportet crescere me autem minui;

Magnum hoc sacramentum intellegat caritas uestra, Antequam uenisset dn̄s ihs omnes gloriabantur de se, Uenit ille homo ut minueretur hominis gloria & augeretur gloria dei; & enim uenit ille sine peccato & inuenit omnem cum peccato;

Si sic uenit ille ut dimitteret peccata; Ds largiatur homo
confiteatur. Et enim confessio hominis humilitas hominis.
miratio dei altitudo dei; Si ergo uenit ille dimittere hominis
peccata. cognoscat homo humilitatem suam et dr faciat
misericordiam suam; Illum oportet crescere me autem minui.
hoc est illum oportet dare me accepere; Illum oportet
glorificari me cum confiteri; Intellegat homo gradum suum
et confiteatur ad deum. Et audiat apostolum dicentem ho
mini superbienti et elato extollere se uolenti. quid enim
habes quod non accepisti. si autem et accepisti quid glori
aris quasi non acceperis; Bonum est homini ut dr in illo
glorificetur. ipse in se minuatur; Haec testimo
nia et hanc ueritatem et iam passionibus suis significauerunt
xpus et iohannis; Nam iohannis a capite minuitur. xpus
in cruce exaltatur. ut et ibi appareret quid est. illum
oportet crescere me autem minui. Deinde natus est
xpus cum iam inciperent crescere dies; Natus est ioh
quando ceperunt minui dies; Attestatione ipsa creatura
et ipsas passiones. uerbis iohannis dicentis illum oportet
crescere me autem minui; Crescat ergo in nobis gloria dei et
minuatur gloria nostra ut in deo augeatur et nostra;
Hoc enim dicit apostolus; Qui gloriatur in dno glorietur
Si crescere uis seculo tuo male crescis. qui enim male cres
cit. iuste minuitur; Crescat ergo dr qui semper perfectus est
crescat in te. Quanto enim magis intellegis dm. tanto
magis crescit in te dr; In se autem non crescit sed semper perfectus est;
Intellegebas enim modicum in te. Collegis hodie amplius

intellegis crescit multo amplius; Lumen ipsius dei crescit
inte ita uelut dr crescit quis ep pfectus manet, Quem
admodum si curiosentur aliquibus oculis ex pristina caecitate
et incipiunt uidere paululum lucis, et alia die plus
uideret. Tertia die amplius uideretur illi ipsa lux cres
cere lux tamen pfecta sive illa ceuideat sive non uideat;
Sic et interior homo proficit quidem in deo, et dr in illo uide
tur crescere, ipse tamen minuitur ut gloria sua decidat,
et in gloria dei surgat, Ecce manifestissime apparet
quod querebatur illum oportet crescere quia aut homo putaretur
dr erat, Me autem minui quia aut dr crederetur homo erat;
Illum oportet crescere quia per totum mundum xpi euange
lium dilatatur, me autem minui quia iohannis prophetia
finitur prophetia finem habet quia is qui prophetabat
aduenit euangelium autem dilatatur donec mundus stabit
Qui enim de terra de terra loquitur, qui autem de caelo uenit super
omnes est et quod uidit et audiuit hoc testatur. expone
si uelis habes enim cor ad intellegendum linguam ad pro
ferendum quid est quod filius audiuit a patre.
Post filius audiuit a patre uerbum patris immo filius
uerbum patris est, uides quomodo hic fatigetur omnis
conatur humanus; Uides quemadmodum hic de
ficiat omnis coniectura pectoris nostri et omnis inten
tio mentis caligantis, Audi dicentem scripturam quia
ipse filius uerbum patris est, In principio erat uerbum
et uerbum erat apud deum, et dr erat uerbum. Nos lo
quimur uerbis uo[illegible]lantia et transeuntia mox ut

sonuerit ore uo uerbum tuum transit per agit strepitum
suum et in silentium transit. Numquid potes sequi sonum
tuum et tenere ut sit? Cogitatio tamen tua manet. Et
de ipsa cogitatione manente discis multa uerba tran
seuntia. Quid ergo dicimus? Deus cum loqueretur adhibuit
uocem adhibuit sonus adhibuit syllabas; Si adhibuit ista
quae linguae locutus est, hebraea. an graeca. an latina. Ibi
necessaria ea linguae ubi distinctio gentium; Ibi autem nemo
potest dicere illa lingua uel illa lingua locutum esse deum.
Cor tuum attende quando concipis uerbum quod dicas;
Dica enim si potero quod in nobis attendamus, unde illud
comprehendamus; Quando enim concipis uerbum quod proferas
rem uis dicere et ipse rei conceptio in corde uo iam uerbum est;
Nondum processit sed iam natum est in corde. Et manet ut ce
dat, Attendis autem ad quem procedat cum loquaris. Si latinus est
uocem latinam queris; Si graecus est uerba graeca meditaris; Si
punicus est attendis si nosti linguam punicam, Pro diuersi
tate ergo auditorum diuersas linguas adhibes ut proferas
uerbum conceptum; Illud autem quod corde conceperas nulla
lingua tenebatur; Cum ergo deus loquens linguam non quere
ret et genus elocutionis non adsumeret. Quomodo audi
tus est a filio quam ipsum filium locutus sit deus, Quomodo tu uerbum
quod loqueris in corde habes et apud te est et ipsa conceptio
spiritalis est, Nam sic animatua spiritus est ita et uerbum quod
concepisti spiritus est, Nondum enim accepit sonum ut per
syllabas diuidatur sed manet in conceptione cordis
et in spectaculo mentis; Sic deus edidit uerbum hoc est genuit filium;

& tu quidem ex tempore gignis uerbum & ic in corde, Dr sine
tempore genuit filium qui creauit omnia tempora;
Cum ergo uerbum dei filius sit filius cum locutus est nobis non uerbum suum
sed uerbum patris se nobis loqui uoluit qui uerbum patris loque-
batur, Hoc ergo quod decuit & oportuit dixit ioh. quod potui-
mus nos exposuimus, Cui ad cor nondum peruenit dignus de tan-
ta re intellectus. habet quo se conuertat habet quo pul-
sat habet a quo queratur habet a quo petat a quo accipit.
Nos ut potuimus explicauimus, AGUSTINUS B.
A Quid est quod protinus isdem ioh. subiunxit; Testimonium
inquit nemo accepit. si nemo accepit ut quid uenit, Nam
si omnino nemo dicitur nullus homo. quidem quod sequitur
quia cum accepit testimonium signauit quia ad uerax est.
Habet quoque quod sibi conueniunt doce,
M Certe ergo illo u. sitatissimo scriptura loquendi mo-
do a parte totum intelligi debet, Nam si dicis, Nemo
testimonium accepit & addis quia cum acceperit testi-
monium signabit quia ad uerax est; Responderet
ergo interrogatus fortasse ioh. annis & diceret. Noui
quid dixerim nemo; Est autem quidam populus natus
ad iram dei. & ad hoc prae cognitus; Qui sint enim credituri
& qui non sint credituri nouit dr; Qui sint perseueraturi in
eo quod crediderunt & qui sint lapsuri nouit dr, Et nume-
rati sunt omnes deo futuri in uitam aeternam; & nouit iam illum
populum distinctum & ipse nouit & prophetis dedit nos
se per spiritum suum dedit & ioh. anni; Attendebat ergo ioh. anni
non oculo suo. Nam quantum ad ipsum pertinet terra est & de

Cum

terra loquitur / sed in ea gratia ac spiritus quam accepit a deo; Vidit quen
dam populum impium infidelem attendens illum in infideli
tate sua. ait, Testimonium eius quidem a celo venit nemo
accepit; Quorum nemo. eorum procul dubio qui ad sinistram futuri sunt.
Eorum quibus dicetur; Ite in ignem aeternum qui preparatus est
diabulo & angelis eius; Qui ergo accipiunt. illi qui ad dexte
ram futuri sunt illi quibus dicetur; Venite benedicti patris
mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mun
di, Attendit ergo in spiritu divisionem; In genere autem humana
commixtionem & quod nondum locis separatum est. separa
vit intellectu. separavit cordis aspectu. & vidit duos popu
lus infidelium & fidelium; Attendit infideles & ait.
Quidem a celo venit super omnes est. & quod vidit & audivit lo
quitur. & testimonium eius nemo accepit; Deinde tulit
se a sinistra. & aspexit ad dexteram. & secutus ait, Qui ac
cepit testimonium eius signavit quia deus verax est.
Quid est signavit quia deus verax est. nisi homo mendax.
deus autem verax est quia nemo hominum potest dicere quod
veritatis est. nisi in lumine & ura beo qui mentiri non potest;
Deus ergo verax; Christus autem deus vis probare. accipe testimonium eius
& invenies, Qui enim accepit testimonium eius signavit
quia deus verax est, Quis. ipse quidem a celo venit super omnes est.
deus verax est, Sed si non dum illum intellegis deum. non dum
accepisti testimonium eius. accipe & signas. praesumenter
intellegis. definienter agnoscis. quia deus verax est.
Quem enim misit deus verba dei loquitur; Ipse est deus verax
& misit illum deus; Deus misit deum. iunge ambos unus deus

dr̄ uerax missus ad dō; De singulis interrogatur. & de ambobus
interrogatur, Non singuli dr̄ & ambo dii. sed singulus quisque
dr̄ & ambo dr̄; Tanta enim ibi est karitas spr̄ sci tanta pax
unitatis ut de singulis cū interrogatur. dr̄ tibi respondeatur;
Si enim spr̄ hominis quando inhaeret dō unus spr̄ē aperte a posto
lo dicente qui adhaeret dn̄o unus spr̄ē; Quanto filius aequalis
adherens patri simul habet superiorē magistrum. Omnia namq;
ut dixi a parte totum intellegi debent;

A FORte aliquis dicit, Baptizat xp̄s quidem in spu non in
corpore. qsi uero alterius dono quā illius quisquā & iā sacra
mēto corporali & uisibilis baptismatis inbuatur quid respon
debimus ad hoc &c.

MUIS nos sequi ipse baptizat n̄ solū in spu sed & iā aqua;
Audi apostolum; Sicut xp̄s inquit dilexit ecclesiā & semet ipsū
tradidit pro ea mundans eā lauacro aq: in uerbo. ut exhi
beret sibi ipse gloriosā ecclesiā non habentem maculā
aut rugā aut aliquid eiusmodi; Mundans eā, Unde la
uacro aq: in uerbo; Tolle aquā non est baptismum tolle uer
bum. non est baptismum hoc ergo utere testimonio si
quis tibi iniuste de hoc obicit baptismo.

ADICIT iohannis hoc ergo gaudium meum impletum est
quod ē gaudium ipsius ut gaudet ad uocē sponsi & in se hoc impletū

MIN tellegit ergo homo non se gaudere debere de sapien dixit
tia sua sed de sapientia quā accepit a dō nihil amplius que
ratur non amittat quod inuenit. multi enī ideo facti sunt
insipientes eo quod dixerūt se esse sapientes; Iohannis ergo
tanto magis gaudebat quanto magis gloria sponsi id ē.

xpi crescebat in sponsa id est ecclesia sua GREGORIUS;

A CUR p cunctatur iohannis baptista a missis phariseorum
denegat se esse proph&am cum ipse dn̄s ad turbas dicat de
eo ut quid existis in desertum uidere proph&am &c. & ic dico uob
& plus quam proph&am. Non conuenit denegare discipulum
quod magister & dn̄s protestatur;

M PER spicit quantum opinor prudentia tua. Qui ac is qui se
plus quam proph&am nouerat esse proph&am negabat.
Qui id circo plus quam proph&am dicitur quia proph&am esse
officium uenturi prae nuntiare non & ic ostendere.
Johannis uero plus quam proph&am est quia quem uerbo dixit
digito demonstrauit dicens. Ecce agnus dei &c. GREGORIUS;

A Querendum nob est fr̄s iohannis proph & plus quam proph
qui uenientem ad baptismum dn̄m ostendit dicens. Ecce
agnus dei ecce qui tollit peccatum mundi & humilitatem suam
& diuinitatis eius potentiam considerans dic qui est de
terra de terra est & de terra loquitur. qui autem de celo ue
nit super omnes est, Cur in carcerem positus mittens discipu
lus requerit; Tu es qui uenturus es an alium expectamus.
tam quam si ignoret quem ostenderat & an ipse sit nescit
quei ipsum esse proph&am cando baptizando ostendendo dicens

M HEC questio citius soluitur si gesterei tempus uerti;
& ordo pensatur; Ad iordanis enim fluentia positus qui ac ipse
redemptor est & mundi asseruit. Missus uero in carcerem
an ipse ueniat requerit Non quia ipsum esse redempto
rem mundi dubitat. sed querit ut sciat si is qui per se in
mundo uenerat per se & ic ad inferni claustra descendat,,

Quem enim praecurrens mundo nunciaverat. hunc
moriendo & ad inferos praecurrebat; Ait ergo tu es qui
venturus es an alium expectamus; Ac si apostolus dicat:
Sicut pro hominibus nasci dignatus es. ita & ita pro hominibus
mori digneris insinua; Ut qui nati vitatis tuae praecur
sor extiti. mortis & iam praecursor fiat. & venturus in inferno
te nunciem. Quem iam venisse mundo enunciavi id circo
hoc sollicite requesivit. AGREGORIO

Ex huius nobis lectionis verbis quaestio valde inflexa ge
neratur. alio quippe in loco inquisitus ad discipulis dominus de
helia adventu respondit, Helias iam venit & non cogno
verunt eum sed fecerunt in eum quaecumque voluerunt & si vultis
scire iohannis ipse est helias; Requisitus autem iohannis
dicit non sum helias, Quid est hoc. quia quod veritas
ad firmat hoc proph & a veritatis negat. Valde namque
inter diversa sunt; Ipse est. & non sum. quomodo ergo
proph & a veritatis sermonibus sic eiusdem veritatis sermonibus;

M hoc proculdubio sciendum est quia cum cors non est
si subtiliter veritas ipsa requiritur. hoc quod inter se contra
rium sonuit. quod contrarium non sit invenitur;
Ad zacharias namque angelus dicit. Ipse praecedit ante illum
in spiritu & virtute helie, Qui id circo venturus in spiritu &
virtute helie dicitur. quia sic helias sed adventum
domini praeveniet. ita iohannis praevenit primum;
Sicut ille praecursor venturus iudicis. ita iste prae
cursor factus est redemptoris; Iohannis igitur in
spiritu helias erat. in persona helias non erat. Quod

ergo dn̄r fatetur de spu. hoc iohannis denegat de persona;
Quia et iustum sic erat ut et discipulis dn̄r spiritalem
de iohanne sententiam diceret. et iohannis isdem turbis
carnalibus non de suo spu sed de corpore responderet,
Contrarium ergo veritati videtur esse quod iohannis sonuit
sed tamen a veritatis tramite non recessit HIERONIMUS

A quid ergo est quod dr̄ Inter natos mulierum nemo
surrexit maior iohanni baptistae. et protinus sub
infertur qui autem minor est in regno celorum maior est illo;

M multi hoc de saluatore intellegi volunt quod qui mi
nor est tempore maior sit dignitate. nos autem simpli
citer intellegamus quod omnis scs qui iam cum dō est
maior sit illo qui adhuc consistit in proelio; Quidam
nouissimum angelum in caelis dn̄o ministrantem
meliorem volunt accipere quolibet primo homini
qui versatur in terris; HIERONIMI

A omnes enim prophetae et lex usque ad iohannem. quidem
ergo quod legimus in actibus apostolorum agabum prophetasse
et quattuor filias philippi.

M non quod post iohannem prophetas excludat sed
quod lex et prophetae quos scriptos legimus quicquid prophetaverunt
de dn̄o vatis natis sunt; Quando ergo dicit omnes
prophetae et lex usque ad iohannem xpi tempus ostendi
tur ut quem illi dixerunt venturum iste digito ostendit AGNI

A si lex et prophetae usque ad iohannem quando saluator ad sa
cerdotes mittit offerri munera pro emundatione lepre;

M hoc quidem non fuit temporis sed ad condemnationem

factum est iudeorum; Ut cum veritatis culmen meliorati
temporis non intellegerent ad lucrum salutis suae factum
inclinarent se veritas ad accusationem eorum; Cum enim velut
inimicum legis haberent salvatorem quia misericor
diae causa a bonore illos legis voluit liberare sicut predictum
erat a hieremia propheta. ait enim inter cetera, Et dabo
illis testamentum novum non quale dedi patribus eorum;
Tunc salvator ne inimicus sicut putabant apparere et nova
predicans. Et inquit mundatus fuerit a lepra ad sacer
dotes misit offerre munera pro emundatione sua sicut
praeceperat moyses. Et ut ad accusationem eorum
hoc proficere testaretur. in testimonium inquit illis; Utin
iudicio haeres contra illos testis esset qui salvatorem
inimicum legis dicebant, Hoc secutus est et apostolus
paulus; Cum enim praedicaret iam non oportere circum
cidi. ipse timotheum circumcidit propter scandalum
iudeorum, Maluit enim superfluam facere quantumvis
tum excitari a falsis fratribus; quod quidem errori proficit
iudeorum; Satis enim factum est ad horam per
quod in perpetuum errarent; AGUSTINUS
D Si iam praedicante iohanne aut salvatore lex ces
savit et prophetae. Quomodo salvator ait. Non veni
solvere legem aut prophetas sed adimplere. si enim prohibi
ta est quomodo soluta est quae agendi amisit auctoritatem.
M Omnia quae de xpo dicta sunt adimpleta sunt et ipse
dns sic adimplevit legem aut prophetas; Cum omnia
quae ei de se scribta sunt fecit nec dissolvit aliquid sed confirma
vit;

Lex enim & prophetae usq: ad ipsum; Prophetae enim de
ipso locuti sunt ideo ultra illum quae ab his de hoc dicta sunt
tendi non possunt neq: post ipsum aliqui prophetae huis
modi reperiuntur. qui a non habent de quo dicant & de quo
dicebatur iam non uenit; Omnia enim uoluminibus suis
complexi sunt & incarnationem & conuersationem passio
nem resurrectionem & diuinitatis manifestationem &
futurae eius iudicium reuelarunt, Ac per hoc cessauerunt prophetae
implere opere dispensationes, Lex autem cessauit praedicante
Iohanne baptismum penitentiae in remissione pec
catorum. insentientia quae ostenebat peccatores in onere
legis in escis aneominiis sabbatisq: & mustelis & in circum
cisione corporis; Cessauit in non retribuendo malum pro malo
& in aliis talibus; Non cessauit autem lex ubi ait, Non facies tibi
idolum neq: adoraueris quae in celo sursum sunt. & quae in terra deorsum. Non periurabis. Honora patrem &
matrem non occides non fornicaberis non falsum dices testi
monium non furtum facies non concupisces aliquid proximi tui;
Numquid haec cessasse dicenda sunt absit; Sine his enim
quis poterit in hac uita idoneus iudicari; Uerum & iam augeri
praecepit saluator ubi ait, Uere dico uobis nisi habun
dauerit iustitia uestra plus quam scribarum & phariseorum
non intrabitis in regnum caelorum; Sic enim ad impleuit
legem saluator. dum quos illa iustitia docuit hic iustio
res effici quod illa non potuit explicare AGUSTINUS;

Quur dixit non ueni soluere legem non implere
sed ad implere;

M NON uenit implere sed adimplere id est plenam
addere legem. Cum dicat in uerbis decimis. dare non etiam
totum uendere. in nouo uero omnia relinqui uel uendi
praecepit et reliqua similia AGUSTINUS
A In euangelista iohanne lex ait per moysen data est gra
tia et ueritas per ihm xpm facta est. ergo ante non fuit
quid ergo lex a deo data dicitur in qua ueritas non fuit.
M NON sic passim praeterea eundum est sed considerandum quid sit lex
quae per moysen data est; Per moysen enim lex data
manifesta habet praecepta. sed scribit et historiae quae
et ipsa lex appellatur; Sed uideamus quid in praeceptis
eius non erit uerum. forte quod dicit non occides non for
nicaberis et rl; Nam et historiam eius quia ante aduentum
xpi ueritas non erat. hoc manifestum est. Ea enim
quae sub uelamine erant quid significarent incertum
erat, Cum autem per xpm manifestatur cuius persona
sit quae dicit; in genesi faciamus et quae est quae fecit.
et quis fuerit qui in rubo aut in patriarchis uisus sit. et
qui in petra operatus sit quae dedit in deserto aquas
quia petra inquit erat xps sic fit ueritas per xpm quando
ea quae latebant aut in dubium ueniebant quid
significarent a xpo ostensum est; Nam inter alia ero
dns ait, De me scribit moyses. hoc prius latuit, er
ror enim erat putabatur enim pater dr qui erat fil
ius et qui estimabatur angelus cognitus est esse dei fil
ius; et promissio facta fuerat abrahae quae quam
diu non reddebantur in ambiguo erat; Cum autem

ueniente xpo reddita est facta est ueritas quando & qd. promis
sum est redditum est & coepit sciri quod erat promissum;
Promittentes enim fides tunc uere probatur quan
do exsoluit promissum; AGUSTINUS

A Quomodo xpiani de xpianis nascuntur. si paga
ni de paganis generantur

M Nam paganus quod habet filio dat ita & xpianus
quia postea quam natus est accepit donum hoc est bab
tismum filio suo dare non potest quia non natura liter
baptismum datur nec habetur sed gratia datur;
Nam omne quod nascitur unde origine habet nascitur;
Aurum & erra de ligno esca & de ouo pullus; Baptismum
donum caeleste est unde a peccatis abluimur AGUSTIN

A Si baptismum caeleste mysterium est. Cur nicodimo
de baptismo dubitanti loquitur dns; Si terrena inquit
dixi uobis & non creditis. quomodo si dixero uobis celestia

M Qui baptismum putat carnali ratione creditis.
consistere hic non est spiritalis nec donum celeste po
terit consequi quis ex aqua sed per fidem immutari non cre
dit, Aqua enim cernitur sed qui non uidetur spiritus operatur
ut fides in eo sit; Quia sicut sordes corporeas aqua. ita
spiritus animam abluit a peccatis; Ut quomodo uisibilis a uisi
bilibus. ita & spiritalibus prosit spiritus, Ac per hoc spiritalis
ratio uestitur in baptismo. plus est enim ibi quod auditur
quam quod uidetur; Cum hinc ergo nicodimus carnali con
strictus ratione dubitaret & seducto ut eum ad fidem
adtraheret exemplo usus est congruo. ut ad rem

inuisibilem formandam. uisibile dare exemplum quod so
lo auditu consistit non uisu et non negatur. Et est tamen
terrenum quia mundi rem operatur; Ait enim dominus ad nicho
dimum succedendo illi; Spiritus enim ubi uult spirat et uocem
eius audis sed non scis unde ueniat et quo eat sic est omnis
qui renatus est ex aqua et spiritu sancto; Ut quomodo uox uenien
tis spiritus id est uenti. auditur quidem non autem uidetur.
Sic dictum est; Sic et ratio baptismi auditur quod dicatur.
non tamen quomodo per spiritum fit uidetur; Auditus tamen cum quid futurum est.
ab eo qui uerba insinuat predicatur ut fieri credatur quod auditur.
non tamen ratio facti reddatur, Cum autem et per exemplum ni
chodimus duceretur ad fidem. tunc audit a saluatore;
Si terrena inquit dixi uobis et non creditis. quomodo si dixero
uobis a celestia creditis; Ista uerba terrena dixit quae ad
exemplum pertulit; Hoc est. si per rationem terrenam inquit
exempli dati spiritus uenti non creditis posse fieri quia quomodo
fiat non uidetur. qui inferi poterat ut a celestia si dare
exempla quae utique nescitis credentis, Potest autem homi
ni succedi quod nescit per id quod scit ut putaretur dicere de christo quod
filius eius sit uerus; Quod quomodo sit comprehendi non potest per id
Quod autem scimus secundum carnem quomodo sint filii.
Credimus ideo dominum dixisse. Christus filius meus uerus est
ut de semen et ipso illum esse significaret. Hoc modo et saluator
rem quia ne uerbis nec animo explicari potest per
id quod sensibile est et auribus auditur uoluit commendare
hoc est per exemplum quia uenturus quem et sensibilitas capit
et auris audit sed unde ueniat nescit; Factus spiritus sancti

quod capi non potest uoluit facere credibile; Sed & in actib;
apostolorum eodem modo legitur; Et factus est inquit subito de caelo
sonus tamquam ad uenientis spiritus uehementis & repleuit
totam domum ubi erant sedentes; Ecce aperto exemplo
uenti spiritum sanctum insinuat ita de caelo uenisse & sonuisse
quem ad modum uentus uocalidus super terram; Nam & hie
remias uentum uocat dicens; Uentus spirat in omnem
regionem qui propter eo quod in hoc mundo est & per diuersa
circumfertur loca. unde uenit uel quo erat nescimus;
Spiritus autem sanctus de caelo uenit sicut legimus ut credentes in lumi
nem; Quid ergo quibus dam uidetur de spiritu sancto saluatorem
dixisse. spiritus ubi uult spirat & uocem eius audis. sed non
scis unde uenit & quo uadat cum constat exempli
causa locutum hoc & saluatorem; Deniq: subiecit. sic erit
omnis qui re natus est ex aqua & spiritu sancto; Quidam
apertum qui spiritum uentum significauit; Sed ideo putant
non uentum significatum quia ait; Ubi uult spirat quasi non
omnem creaturae lege sibi posita arbitrio. remissa pro
prio; & nos enim imus & facimus quod uolumus agentes
sub lege quare & ratione prestabimus. aut possibile
putatur. & nec stultum uidetur ut effectum uolens
spiritus sanctus insinuare illud. ipsum dare & exemplum. Igitur
omni genere questionem solutam arbitror. Item alibi.
A Quid est spiritus ubi uult spirat & uocem eius audis sed non scis
unde uenit & quo uadat;
M Uocem spiritus audire est. conpunctionis intime in a
more inuisibilis conditoris ad surgere; Sed nemo scit

undeueniat. quia ignoratur porro predicantium quib:
se ad nos occasionib; fundat. & nescit quo uadat. quia
cum una predicatione multa audiunt intellegi pro
cul dubio non potest quem deserens abiciat. & cuius
ingrediens in corde requiescat, AGUSTINI

Hoc quoq: sciendum quia in epiphanio dn̄s baptizatus statim ieiunauit: sed sci patres ieiunitē pur
ad passionis diem recto iudicio iunxerunt; Quib; ob
causis ihs in desertum abiit edissere tribus idē. i.
ut diabulum prouocaret ad certandum. ii ut illū ad ā
de exilio liberaret, iii ut ostenderet nob diabulum
ad meliora tendentib; inuidere, GREGORIUS

Lu

Dubitare a quib; dic solet. a quo spū sit ihs ductus in
desertum propter hoc quod subditur. ad sumpsit eum
diabulus in scam ciuitatē. & rursum ad sumpsit eū
in montē excelsum quod que so edissere

MUERE & absq: ulla questione conuenienter ac
cipitur ut a sco spū in desertum ductus credatur ut
illuc eum suus spr ducaret ubi hanc ad temptandum
spr malignus inueniret; Sed ecce cū dicitur dr homo
uel in excelsum montem uel in scam ciuitatē a diabu
lo ad sumptus. mens refugit humane hoc audire
aures pertimescunt; Cuius mennonesse incredibilia
ista cognoscimus. simillo & alia facta pensamus;
Certe iniquorum omniū diabulus caput est. & huius
capitis membra sunt omnes iniq; Annon membrū
diabuli pilatus, Annon membra diabuli iudei

persequentes & milites crucifigentes fuerunt, Quid ergo
mirum si ab illo se permisit in mortem duci qui se pertulit
& iam a membris illius crucifigi; Non est ergo indignum
redemptori nostro quod temptari voluit qui venerat occidi,
Iustum quippe erat ut sic temptationes nostras suis temp
tationibus vinceret, sic mortem nostram venerat sua morte
superare; Sed sciendum nobis est quia tribus modis temptatio
agitur, Suggestione, delectatione, consensu; & nos
cum temptamur, plerumque in temptatione aut & iam in con
sensu labimur, Quia de carnis peccato propagati in nobis
ipsis & iam gerimus unde certamina tolleramus, Deus vero
qui in utero virginis incarnatus, in mundo sine peccato
venerat, nihil contradictionis in se ipso tolerauit,
Temptari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati
delectatio non momordit, Atque ideo omnis diabolica
temptatio foris nominatus fuit, Hieronimus

A Quid est quod euangelistae asserunt diabulum ad saluatorem dixisse, angelis suis mandauit de te & rel. usque ad lapidem pedem tuum conuenit hoc testimonium domino ihesu xpo Lvi

M Hoc in xc psalmo legimus. Verum ibi non de xpo, an non; sed uiro sancto proph & ita est, Male ergo interpretatur diabulus scripturam hoc in loco; Certe si hoc uere de saluatore scriptum noverat, debuerat & illud dicere, Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem; De angelorum auxilio quasi ad infirmum loquitur de sui conculcatione, quasi tergi uersator iacet,

A Quare ergo prius piscatores Hieronimus Lvii

in litteratis & non litteratis mittuntur ad praedicandum;

M Ne fides credentium non iustitiae sed eloquentiae atque doctrinae fieri putaretur, AGUSTINUS:

Lxiiii Δ Cur esurit saluator, M ut inluderet satanam,

Lxiiii Δ Cur non amplius quam XL diebus & noctibus ieiunauit,

M Ut moysi & helie conderet, GREGORIUS

Lx Δ Cum constet omnibus quia redemptor noster in mundum pro redemptione omnium uenit cum samaritanos cottidie ad fidem uocare conspicimus quid est quod in praedicatione discipulos mittens ait, In uiam gentium ne abieritis & in ciuitatem samaritanorum ne intraueritis. sed potius ite ad oues quae perierant domus israel.

M Hoc manifeste datur intellegi. Quod ex facti fine collegimus quia prius solis iudeis uoluit & postmodum cunctis gentibus praedicari; Ut dum illa conuersatio uocata renuerit praedicatores sancti ad uocationem gentium per ordinem uenirent; Quatenus redemptoris nostri praedicatio a propriis repulsa gentiles populos quasi extraneos quereret; & quod iudaeae fiebat in testimonium hoc gentibus gratiae esset incrementum, Erant & ita tunc qui de iudea uocandi essent. & de gentibus uocandi non essent; Nam & in apostolorum actibus praedicante petro legimus & prius ebreorum tria milia. & postea quinque milia credidisse, Et cum praedicare apostoli gentibus in asia uoluissent per spiritum prohibiti esse memorantur, & tamen ipse spiritus qui prius praedicationem prohibuit hanc

cesicenorum cordibus postmodum infudit, Nam diu est quod
cesica cuncta iam credidit, Idcirco igitur prius prohibuit quod
postmodum fecit: quia tunc in illa erant qui sic lucendi
erant, Tunc in illa erant qui nec dum ad vitam repariare
mererentur, Sed tamen utiliter eis predicationis officium
subtrahitur: ne gravius de contemptu predicatione
iudicari mererentur; Subtili ergo occultoque iudicio
quorum dicam auribus predicatio sancta subtrahitur: quia
suscitari per gratiam non merentur; Unde ne cesse est
dilectum: uti nomine quod agimus: omnipotentis super nos domini
consilia occulta timeamus; Nedum mens nostra ex
terius fusa cesica se volunt a te non revocat intus con
tricem iudex terribiliter adversa disponit; Quod
bene psalmista intuens ait, Venite et vide et eo pere
domini quam terribilis in consiliis super filios hominum; Vidit
namque quod alius misericorditer vocatur: alius iustitia ex
igente repellitur, Et quia alia parcendo alia dominus
irascendo disponit: expavit quod penetrare non potuit:
et quem non solum investigabilem in quibus dicta sunt sententiis
sed et iam inflexibilem vidit: terribilem in consiliis esse memoravit;
CUR precepit dominus ihesus predicatoribus; HIERONIMUS
discipulis suis nolite possidere aurum neque argentum neque pecu
niam in zonis non peram non duas tonicas et cetera,
HOC precepit evangelizatoribus veritatis quibus ait
gratis accepistis gratis date; Non enim sic predicant
ut sit apud eos predium nummorumque possessio; Nam si
abuissent aurum aut argentum viderentur non causa salutis

Lxi

hominum sed ac usque lucri predicare HIERONIMUS

Lxii A QUICUMQ; non receperint uos neq; audierint sermones
uestros exeuntes de domo uel de ciuitate excutite pul
uerem de pedib; uestris; Amen dico uobis tollerabilius
erit terre sodomorum & gomurreorum in die iudicii quam
ille ciuitati, Quur ergo dicitur tollerabilius quia cum
essent meriti propter nefarium uiui descenderunt in infernum,
MIO circo erit tollerabilius quia sodomis & gomurris
non fuit predicatum sicut fuit istis quia tamen non rece
perunt, Quomodo uero differt inter scorum & iustos clari
tas dei. sic inter iustos & peccatores diuersa supplicia,
Sic inter impium & peccatorem ista est differentia;
Quod impios proprie sacrae scripturae infideles appellat
& quod omnis impius sit peccator non tamen omnis
peccator impius; Peccator enim dicitur & hic qui impius
est a fide, Unde iohannis ait, Si dixerimus quia pec
catum non habemus ipsi nos seducimus, Impius enim
proprie dicitur qui a religionis pietate se peritorum
dei & ab illis enim propheta ait. non resurgent impii in iudicio

Lxiii A CUR praecepit ihesus discipulis quos misit HIERONIMUS
ad praedicandum ut ad nuntiarent aduentum suum & in
alio loco praecepit ne se dicant esse ihesum xpm.
M mihi uidetur aliud esse xpm praedicare aliud
ihesum xpm, Xps commune dignitatis nomen est; Ihesus pro
prio uocabulum saluatoris; Potest autem fieri. ut ideo
ante passionem & resurrectionem se noluerit praedicari
ut complebo postea sanguinis sacramento opportunius

D

apostolis dicere &c. ite docete omnes gentes baptizan
tes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti; Sed ne quis pu
tet nostre tantum esse intelligentiae & non sensus
euangelici; Sit autem sensus euangelicus; Ex inde
coepit ihesus ostendere discipulis suis quia oportet eum
ire hierusolimis & multa pati a senioribus & scribis &
principibus sacerdotum & occidi & die tertia resurge
re; Tunc ne praedicate ait cum ista passus fuerit,
Quia non prodest xpm publice praedicare quem post
paululum uisuri sunt flagellatum & crucifixum hier.

Quid est quod legitur in euangelio. Iota unum aut
unus apex non praeteribit a lege donec omnia fiant
uel illud qui soluerit unum de mandatis istis minimis
& docuerit sic homines minimus uocabitur in regno celorum;

Hoc capitulum sequens cum superiori testimonio in
quo dixeras iota unum aut unus apex suggillat ergo
phariseos qui contempsit mandatis dei statuerunt
proprias traditiones quod eis non prosit doctrina
in populis siuel parum quod in lege praeceptum est destruunt;

Possumus autem & alii adicere quod magistri eruditio & iam
si paruo peccato obnoxius sit deducat eum de gradu
maximo nec prosit docere iustitiam quem minima culpa
destruit, Beatitudo quoque perfecta sit ut quae ser
mone docuerit opere compleat, hieronimus.

Imo ysaias praecepit in lege. quicumque dimiserit uxo
rem suam det illi libellum repudii & nunc dominus ait,
Non uenisse solue legem sed ad implere; & ecce tractio dicit;

Ego autem dico uobis quicumq: dimiserit uxorem suam
excepto causa fornicationis mechatur & qui dimissam
duxerit adulterat quomodo ergo non soluit le
gem cum ibi ut dimittat hic autem ut non dimittat precepit;
M hoc nimphe saluator noster plenus exposuit ubi
ait quod moyses libellum repudii dare iusserit propter
duritiam cordis maritorum non descidium concedens sed
auferens homicidium; Multo enim melius est licet lu
gubrem & uenire discordiam quam per odium sanguinem fundi;
Dominus enim non soluit legem sed explanat; hieronimus
Lxii A cum oratis multum nolite loqui sicut & hnici. si &
hnicus in oratione multum loquitur. ergo qui xpianus
est debet parum loqui;
M hic simplici intellectu erudit auditorem ut unam
orandi fugiat gloriam. Sed mihi uidetur hoc magis
praeceptum esse ut in dulcia pectoris cogitatione labiis
compressis oret dominum, Sicut & in regum anna fecisse legi
mus quia deus non uerborum sed cordis auditor;
Lxiii A scit namque pater uester ac lestis quod opus sit uobis ante
quam petatis eum; & si nouit dominus quid oremus ante quam petamus
scit quibus indigimus frustra ergo scienti loquitur hieronimus
M hic omnino monet nos non narratores esse sed rogato
res, Aliud est narrare ignoranti. aliud scienti pe
tere, Uult ergo dominus sepe petere a nobis ut fidem in melius ac
comodet quia indicium est hic obsequium ut fideliter ac
miserabiliter obsecremus; hieronimus
Lxiiii A si oculus tuus simplex fuerit totum corpus tuum lucidum erit

si autem nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.
Quomodo oculus qui unus est potest simplex fieri,
Ad simplex oculus et purus simplicia intuetur et pura
quia lippientes oculi solent lucernas videre numerosas
hoc totum transfert ad sensum, quomodo autem corpus
si oculus non fuerit totum in tenebris est ita si anima
principalem fulgorem suum perdiderit universus sensus
eius in caligine commoratur,
Et quid est quod legitur nolite sanctum dare canibus, neque mit
tatis margaritas vestras ante porcos ne forte conculcent
eas et conversi disrumpant vos,
Ad hoc enim quia porcus non recepit ornatum ideo positus est
quia voluntatem in volutabro luti, quidam enim eos canes vo
lunt intellegi qui post fidem Christi revertuntur ad vomitum
peccatorum suorum et in luto incredulitatis vitiis conversantur,
Non convenit istiusmodi hominibus cito margaritarum id est
evangelium sanctum credere ne conculcent illud et conver
si incipiant vos disrumpere. Hieronimus, &c.
Et non potest arbor bona fructus malos facere neque
arbor mala fructus bonos facere, et si arbor bona fruc
tus malos facere non potest, quomodo moyses arbor
bona peccaverat ad aquam contradictionis et de viduria
interfecto cum bersabe concupiverat, petrus quoque in passio
ne negaverat, aut quomodo iethor socer moysi arbor ma
la quiutique in domino nimis sibi dederat consilium moysi bonum et achior
olo ferni qui dutile sit locutus, quod benedictum apostolicum probavit
corrumpunt mores bonos con loquia mala, Peclaunciu

MISTI & alii qui a te dicti non sunt quod ē iudas arbo
rem quondam bonā fecisse fructum malū postquam
prodidit saluatorē, Et paulum arborem malā eo tē
pore quo persequebatur ecclesiā xpi fecisse postea fruc
tum bonū quando in uas electionis ariens latus est;
Tam diuergo arbor bona fructus malos nō facit, quādiu
in bonitatis studio perseuerat. & mala arbor manet
in fructib; peccatorū quamdiu ad penitentiā nō cōuertitur;
Nemo enim permanens in eo quod fuit incipit ē id quod
nec dum fuerat; HIERONIMUS

Lxxi A quo modo intellegendū ē qd legitur, Multi dicent mi
hi in illa die, Dn̄e nonne in nomine tuo proph & auimus
& in nomine tuo demonia eiecimus & in tuo nomine
uirtutes multas fecimus. & tunc confitebor illis qui a nū
quā noui uos. discedite a me om̄ qui operamini iniquitatē,
M PROph & cere & uirtutes facere & demonia eicere
non eius in ea est qui operatur sed inuocatio ihu xpi
hoc agit, Lic & homines despiciant signa facientes
tamen dm̄ honorent ad cuius inuocationem fiunt tanta
mirabilia; & farao & nabocodonosor somnis futu
ra cognoscunt, Nam saul & balaam & caiphas proph
& acuerunt nescientes quid dicerent. & in actibus
apostolorū filiis ceuole uidebantur eicere demonia
Et iudas proditor inter apostolos multa signa fecis
se narratur, Tunc confitebor illis qui a nū quā noui
uos, Nouit dn̄s eos qui pereunt sed reprobando hec
dic̄, Recedite a me om̄ qui operamini iniquitatē

Non ait: quia periti estis iniquitatem ne uideretur
tolli penitentia: sed operamini hoc enim quinunquam de
sinunt peccare. HIERONIMUS

LXXII

A QUID est quo legitur. Erant docens eos ut potestate
habens non sicut scribe eorum et pharisei. Hoc est illi do
cebant ea populos quae scriptae sunt in moysen et prophe
tis, Ihesus uero quasi dominus et dominus ipsius moysi pro libertate uo
luntatis suae uel ea quae minus uidebantur addebat
in legem uel commutans praedicabat populis ut su
pra quoque legimus hoc uel illud. Ego autem dico uobis hoc uel illud;

LXXIII

M Quo modo accipiendum est illud quod eiecta legio petiuit
a domino ut eis concederetur grex porcorum qui ait eis ite.
Et quae causa fuit ut omnis ciuitas exiret et rogaret
ut transiret a finibus eorum, Non quod concederet salua
tor quod petebant sed dixit ite, Et quae causa fuit nisi
ut per interfectionem porcorum hominibus salutis occasio
praeberetur, Hii uero qui rogant ut transeat a finibus
eorum non de superbia hoc faciunt ut non nulli arbitrantur
sed de humilitate quia se praesentia domini indignos iu
dicabant; Sicut petrus in capturae piscium cadit
ad genua saluatoris dicens, Exiame domine quia
homo peccator sum, HIERONIMUS

LXXIIII

A QUID est quod dixit ihesus discipulis suis; Si uos persecu
ti fuerint in uncam ciuitatem fugite in aliam; Amen
dico uobis non consummabitis ciuitates israel donec
ueniat filius hominis

M Hoc ad illud tempus referendum est cum ad pre

dicatione apostoli. mittebant quod persecutione timere
non debeant sicut ostea fuit in principio hierusolimis perse-
cutio & illi dispersi in universam iudeam ultra bulatio-
nis occasio. fieri euangeliis eminentium; Spiritaliter autem
possumus dicere; Cum persecuti fuerint in unam ciuitatem
hoc est in uno scriptura libro fugite in alias; hoc est in a-
lia uolumina, quamuis contentiosus fuerit persecutor
ante presidium saluatoris aduenit & priusquam aduersa-
ris uictoria concedatur; HIERONIMUS:

Lxxii Aliud sentire debemus de eo quod legitur nihil opertum
quod non reuelatur & occultum quod non sciatur
quod in presenti seculo multa nesciuntur
Hoc de futuro tempore sentiatur quando iudicabit
dicitur occulta hominum & inluminabit latebras tene-
bras & manifesta facit & consilia cordium iste
sensus debet intellegi; HIERONIMUS

Lxxiii A quaratione hoc accipiendum sit testimonium;
Uestri capilli capitis omnium numerati sunt, Nolite er-
go timere multis passeribus meliores estis,
Hoc est. quod timere non debeant eos qui corpus
occidunt quoniam nisi dicitur sapientia paruo quoque anima-
lia non decidunt quanto magis homo qui apostoli-
ca fulgit dignitate; Quod autem ait. Uestri
capilli & capilli capitis omnium numerati sunt. in mensa
dei erga homines ostendit prouidentiam & ineffa-
bilem signat affectum. quod nihil nostrorum
deo lateat & ita paruo & otiosa dicta. eius

essentiam non effugiant, Deridunt intelligentiam
ecclesiasticam in hoc loco qui carnis resurrectionem ne
gant quasi nos & capillos qui numerati sunt & a tonso
re abscisi omnes dicamus resurgere, Cum salvator non
dixerit, Vestri autem & capilli capitis omnes salvandi sunt.
sed numerati ubi numerus est scientiam numeri demon
stratur non eius numeri conservatio, hierm.

Aquid est ergo quod scribitur, Arundinem quassatam
non confringet. & linum fumigans non extinguit,

Mqui peccatori non porrigit manum nec portat
onus fratris sui iste quassatum calamum confringet.
Et qui modicam scintillam fidei contempnit in parvulis
hic linum extinguit fumigans. quorum xpus utrumque non fecit
quia ad hoc venerat ut salvum faceret & quod perierat, hier

Atunc responderunt ei quidam de scribis & phariseis
dicentes, Volumus a te signum videre. quidem quod sic
signum postulant quasi que viderant signa non fuissent,

Mhoc est volentes signum sic evangelista narrat
videre de caelo vel in more helicae ignem de sublimi
venire cupiebant. vel in similitudine sanguinis vel in tem
pore estivo mugire et contrariae. coruscare fulgura
imbres ruere quasi non possint illa calumniari & di
cere, Ex occultis & variis aeris passionibus accessisse,
Nam qui calumniaris ea quae oculis vidis. manu tenis
utilitatem sentis. quid facturus es de his quae e celo
venerint, Utique respondebis & magos in egypto
multa signa fecisse de caelo; hieronimus

lxxxiiii

Ad obquam accusatam profert dnus sententiam dicens, Cum
inmundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca
arida & in aquosa quaerens requiem & non inveniens,
Dicit: Revertar in domum meam unde exivi, &
cum venerit invenit eam scopis mundatam & ornatam,
Tunc vadit & adsumit septem alios spiritus secum nequiores
se & ingressi habitant ibi. & sunt novissima ho
minis illius peiora prioribus;

Quidam istum locum ad hereticos putant quidam
ad iudeos exiit ergo inmundus spiritus a iudeis quando
acceperunt legem & ambulavit per loca arida quaerens
sibi requiem, & pulsus videlicet a iudeis ambulabat
per gentium solitudines, Quae cum dno postea credidis
sent, ille non invenit locum innationibus; dixit, Rever
tar in domum meam pristinam unde exivi. idem ad iudeos
quos antedimiserat, & inveniens domum vagantem
scopis mundatam, Vagabat tenui templum iudeorum. & xpm
ospitem non habebant dicentem surgite eamus hinc.
revertitur diabolus ad sedem suam pristinam. & fiunt
illius populi peiora prioribus, Hieronimus

lxxx

Quid est ergo quod ait dnus, Amen dico vobis quia
multi prophetae & iusti voluerunt videre quae
videtis & non viderunt. & audire quae auditis &
non audierunt. Quod videtur huic loco contrarium
ubi ait, Abraham pater vester exultavit ut vi
deret diem meum & vidit & gavisus est, sed multi

Non in hoc loco dixit omnes prophetae vel omnes iusti

Inter multos autem potest fieri ut aliqui uiderint & aliqui
non uiderint. Licet in hoc periculosa sit interpretatio ut inter
scriptorum meritis discretionem aliquam facere uideamur,
Ergo abraham uidit in enigmate uidit in specie.
uos autem in presenti carnem tenetis & habetis dominum uestrum
& ad uoluntatem interrogatis & cum uescimini &c. hiek

Lxxxi

A Quomodo intellegere debemus quod [illegible]
legitur, Simile est regnum caelorum grano sy
napis quod acceptum homo seminauit in agro suo,
Quod quidem minimum est omnibus seminibus, cum autem
creuerit maior est omnibus holeribus, & fit in arbore
ita ut uolucres quoque caeli ueniant & habitent in ramis
Mhomo qui seminat saluator noster coplerisque intellegitur
eo quod in animas credentium semin & predicatio
nem euangelii; Sicut enim granum synapis mini
mum est omnibus seminibus, sic euangelium mini
mum est omnibus disciplinis; Ad primam namque doctri
nam fidem non habet ueritatis, Hominem dominum nostrum
xpm mortuum & scandalum crucis praedicans;
Confer huiusce modi doctrinam dogmatibus philosophorum
& libris eorum & splendori eloquentiae compositioniq;
sermonum. & uidebis quantum minor sit ceteris seminibus
semen euangelii, Sed illud cum creuerit nihil mor
dax nihil uiuidum nihil uitale demonstrant,
Totum flaccidum marcidumque ebullit in olera & in her
bas quae & ita arescunt & corruunt; Haec autem praedicatio
quae parua uidebatur in principio cum in animam credentis,

uel in totum mundum sacta fuerit non exsurgit in olera
sed in arborem: ita ut uolucres caeli quod sunt anime
credentium ueniant & habitent in ramis eius. HIERM

LXXXII A Quae intellegenda est illa mulier quae accepto fer
mento abscondit in fermento sacis tribus donec fermen
tatum est totum

[illegible] Mulier ista uidetur mihi esse apostolica
praedicatio uel ecclesia quae dedi uersis partibus
uel gentibus congregata est haec tollit fermentum
notitiam scilicet & intelligentiam scripturarum & abscondit
illud in farinae sacis tribus: ut spiritus & anima & corpus in unum
redacta non discrepent inter se: sed cum duobus & tribus con
ueneriunt in petrent a patre quodcumque postulauerint. GREGOR

LXXXIII A Quod cumque petieritis patrem in nomine meo dabit uobis
Rursum alibi pereundem euangelistam dicit, Si quid pe
rieritis patrem in nomine meo dabit uobis: usque modo non
petistis quicquam in nomine meo; Si omne quod petimus
in nomine filii dat nobis pater: quidem quod paculus terdum
rogauit & exaudiri non meruit sed dictum est illi. Suffi
cit tibi gratia mea nam uirtus in infirmitate perficitur, Num
quid ille tam egregius praedicator in filii nomine petiit
quae rea autem non accepit quod petiit, Quomodo ergo uerum
est quicquid petierimus in nomine filii dat nobis pater
si auferre a se angelum sacta ne petiit a postulus in nomi
ne filii & tamen non accepit quod petiit,

A Sciendum namque quia nomen filii ihesus est: ihesus autem salua
tor siue saluatoris dicitur, Ille uero in nomine saluatoris petit

qui illud petit quod ad veram salutem pertinet, Nam
si id quod non expediat petitur non in nomine ihu pe
titur pater, Unde et eisdem apostolis adhuc infirmi
tatibus dnr dic, Usque modo non petistis quicquam in nomine
meo, Ac si aperte diceretur, Non petistis in nomine
salvatoris qui nescitis quaerere aeternam salutem;
Hinc est quod paulus non exauditur, qui si liberaretur
a temptatione non praderet ad salutem; hierom

Quomodo intellegendum sit. Qui male dixerit
patri vel matri mortem moriatur, Vos autem dicitis qui
cumque dixerit patri vel matri, munus quodcumque est ex
me tibi proderit

Mpo test cum in hoc loco haberes sensum, munus quod ex me
est tibi praderit, Id est conpellitis in quantum filios ut dicant
parentibus suis. Quodcumque munus vel donum oblaturus
eramdo, in tuos consumo cibos tibique prodest pater et mater
utilitatem accipere quod dono audiunt mancipatum,
et in opem magis vellent vitam ducere quod come
dere de consecratis hieronimus

Legitur dnm dixisse discipulis suis, Cavete a fer
mento pharisaeorum et saduceorum et illi cogitabant
quia panes non sumpsissent secum, Quomodo ergo pa
nes non habebant, Cum statim quando quattuor milia
hominum qui pasti sunt in heremo satiavit impletis
septem sportis, ascenderunt naviculam et venerunt
in fines maiedan ibique audiunt a fermento pharis
eorum et saduceorum,

M hoc scribitur ac dicit quod panes habebant sed obliti
sunt eos secum tollere, Sed de illo puto dixisse ihm de
quo paulus dicit. Modicum fermentum totam massam
corrumpit, Ita et doctrina heretica siue modica cum
scintilla in pectus tuum iaceret. in breui ignis flamma
succrescerit et totam hominis possessionem ad se tra-
hit tunc intellexerunt quid dixerit eis hieron

Lxxxvi Nisi tantum ac paupertatis fuit dns ut unde tributa
pro se et petro redderet non haberet quomodo iudas
loculos habebat ubi pecunia conpariebat aperi
re non ab nuce obsecro,

M loculos habebat quia fur erat. possum et aliter
dicere quod rem pauperum in usus suos conuertere
nefas putauit nobis quoque prebuit exemplum Augusti

Lxxxvii A cur in euangelio pro se et petro dare tributum iussit
et pro aliis non,

M Sicut omnis in saluatore erant ita pro eum in petro semper
enim in proposito populus aut corripitur aut lapidatur, hieron

Lxxxviii A Quid sibi uult quod dixit dns. petro. Ego tibi dico quia
tu es petrus et super hanc petram aedificabo ecclam meam,

M hac si diceret quia dixisti. Tu es xpus filius et ego
dico tibi non sermone casso et nullo habente opus
sed dico tibi quia meum dixisse fecisse est idest
sicut ipse lumen apostolis dedit ut lumen mundi
appellarentur, Ita et simoni qui credebat in xpm
petri largitus est nomen, Idest aedificabo
ecclesiam meam super te. et post eum fere non

preualebunt aduersus eam; Ego postea inferi uitia reor
atq; peccatis uel certe heretici ore doctrinam per quam
in lecti homines ducuntur ad tartarum;

Quid est quod protinus subinfertur & tibi dabo claues
regni caelorum. & quodcumq; ligaueris super terram erit liga
tum in cl̄r & qd̄cumq; solueris super terram erit solutum in cl̄r,

Mystum locum epi & prbi non intellegenste aliqd
sibi deferri seorum ad sumunt super cilio uel damnent
innocentes uel soluere noxios arbitrentur.
cum apud dm̄ non sententia sacerdotum sed
rerum uitia quaeratur, Sicut in leuitico iussum est
qui lepram habuerit ostendere se sacerdoti. tunc
a sacerdote immundificant Non quod sacerdotes eos
leprosus faciant & immundos. sed quod habeant noti
tiam leprosi & possint discernere qui mundus qui uel im
mundus sit; Sed & hic aligare uel soluere epi & prbi
non eos qui in fortes sunt uel noxii. sed pro officio suo
cum peccatores suos audierint uari & acter scit qui
ligandi sint uel soluendi. Hieronimus

Cum sepe diximus nimii ardoris amoris q: maxime
fuisse petrum in saluatorem presertim cum ei dn̄s dixerit
Beatus es simon bariona quia caro & sanguis non
reuelauit tibi sed pater meus qui in caelis est. & ego tibi
dico quia tu es petrus & super hanc petram aedificabo
ecclesiam meam & porte inferi non preualebunt aduer
sus eam & tibi dabo claues regni caelorum; & quodcumq:
ligaueris super terram erit ligatum in caelis. & quodcumq:

solueris super terram erit solutum in celis, Quomodo
do postea tam beatitudinem nunc audit uade post me sa
tanas quia nescis quae dei sunt sed quae hominum scandalum
mihi es. & cur tam repentina conuersio ut postea tanta
premia satanas appellaretur,

M Qui hoc querit reddo illam benedictionem beati
tudinem & potestatem & edificationem super eam
ecclesiae omnia in futurum promissa non in pre
senti data, Edificabo in quo ecclesiam meam
super te. & omnia quae supe rius memorasti
omnia de futuro dicta sunt, Quae si statim de
dissem ei. numquam in eo praue confessionis error in
uenisset locum, Nam sic euangelium dicit, Adsumens
eum petrus coepit increpare dicens. absit a te domine non
erit tibi hoc; Adsumens & enim eum in adfectum suum
uel separatim ne presentibus ceteris condiscipulis magis
tri uideatur arguere & coepit increpare illum amicitiis
adfectu & obtrans dicere, Absit a te hoc est propitius tibi
sis non erit tibi hoc. non potest fieri nec recipiunt au
res meae quod dei filius occidendus sit. Ad quem dominus,
Uade retro me satanas hoc est sequere sententiam
meam quia non sapis ea quae dei sunt sed quae hominum,
Satanas inquid interpretatur aduersarius siue contrarius
quia contraria loqueris uoluntati meae debes
aduersarius appellari, Hieronimus

XCI A QUARE ergo scribis & phariseis temptantibus; &
signum de caelo petentibus; dare noluit & apostolis sine petentibus de
dit;

MUT apostolis augeat fidem ideo de celo ei si signum dat,
phariseis uero & scribis ideo de celo signum non dat quia nec
his que eum facere uiderunt uoluerunt credere sicut
& alibi dicit & non potuit ibi uirtutes facere propter
incredulitatem illorum,

AQUARE cum oblati fuissent ihu paruuli uteis manus
in ponere & discipuli prohibebant offerentib; & non sinebant xcii

MNON quod nollent eos saluatoris & ma[illegible]ea uenire
nu & uoce benedici. sed quod nec dum habebant ple
nissimam fidem putauerunt eum similitudinem homi
num offerentium in postunitate laxari, hierom

AIHS cum dixit discipulis tuis quia diues difficile intrabit
in regnum celorum. quomodo abraham isaac & iacob diui
tes in testimonium domini praedicantur, xciii

MHOC considerandum est quod eo tempore quo intrarent
diuites esse desierunt, Tam diu ergo non intrabant
quamdiu diuites erant, & tamen qui difficulter diuitie
contempnuntur, Non dixit, Inpossibile est diuites
intrare in regnum celorum. sed difficile ponitur non in
possibilitas pretenditur sed raritas demonstratur hier

AQUID sibi uult quod ait. facilius est camelum per
foramen acus transire quam diuitem intrare in
regnum dei, Si enim sic camelus non potest intrare
per foramen acus. sic nec diues in regnum dei nullus ergo
diuitum saluus erit xciiii

AQUOMODO enim & iste camelus cui diuites conpa
rantur. cum deposuerit graue sarcinam intrare potest

per angustiam cellam. sic et diues cum deposuerit
totius corporis grauitatem idem peccatorum suorum fasce
tunc intra repotest per angustiam et castam uiam
quae educit ad uitam aeternam. hieronimus

xcii A Quomodo iacob et iohannis biberint calicem dni
cum scriptura narret iacobum apostolum ab herode
capite truncatum iohannem uero propria uita finitum,
M Scimus iacobum capite truncatum. sed et iohannes
propter martyrium missus est in feruentis solei doleum
et inde ad suscipiendam coronam xpi ad hl et apro
cessit. statim religatus in insula pathmos fuit,
Uidimus enim et iohannis animam martyrio non defuisse. hi

xciii A Mihi ergo inter omnia signa hoc uidetur esse mi
rabilius quod esse possit quod unus homo et illo intempo
re contemptibilis et in tantum uilis ut postea crucifi
geretur scribis et phariseis contra se seuientibus et
uidentibus lucra sua destrui potuerit ad unius fla
gelli uerbera tantam eicere multitudinem men
sasque subuertere et cathedras confringere et alia
facere quae infinitus non fecisset exercitus,
M hoc ex pauore contigit. igneum enim quiddam
ad quesiderium radiabat ex oculis eius et diuini
tatis maiestas lucebat in facie. Cumque mihi
non audiant in iecere sacerdotes tamen opera
calumniantur et testimonium populi atque puerorum
qui clamabant osanna filio dauid uestunt
in calumniam, hieronimus

e

A Quid est quod dixit dn̄r. qui ceciderit sup lapidē xcvii
istum confringetur. sup quem uero ceciderit cōter et eū ex
Mid. Qui peccator est et tam in illū credit cadit. pone
quippe sup lapidem confringetur sed non omnino con
teritur quia reseruatur p penitentiā ad salutem, Sup
quē uero ceciderit hoc est aut lapis ipse inruerit et qui
xp̄m penitus negauerit sic conteret eum ut nec testa
quidem remanet in qua auriatur aq: pusillū, hieron̄
A Quomodo intellegere debemus quod scriptum est. xcviii
dilatant enim filacteria sua et magnificant fimbrias qd
Mcum dn̄r dedisset mandata legis per moysen quesoapertas
sen. ad extremum intulit ligabis ea in manu tua et
erunt ante oculos tuos, Hoc est precepta mea sint in
manu tua ut opere complentur, Hoc facis ei male interp̄
tantes putant scribunt in membranulis decalogum moy
si id est decim uerba legis complicantes in ea et
ligantes in fronte, Jusserat et iam aliud moyses
ut ei quattuor pallorum angulis iacinthinas
fimbrias facerent ad israheliticis populis dinos
cendum ut quomodo in corporibus signa iudaice
gentis dare et ita uestis haberet aliquam differentiam;
Sed superstitiosi magistri captantes auram popula
rem atq: ex muliercularis lucra facientes grandes
fimbrias et acutissimas ligantes in ea spinas ut ambu
lantes uel sedentes pungerent; De hoc dn̄r dixit, Om
nia ergo opera sua ut uidentur ab hominib; faciunt,
A Quomodo intellegere debemus quod legitur; xcviii

Uae uobis scribae & pharisei hypocrite qui circuitis
mare & aridam ut faciatis unum prosilitum. & cum fuerit
factus. facitis eum filium gehenne duplo quam uos,
M. SCRIBAE & pharisei totum lustrantes orbem propter
negotiationis lucra & faciunt prosilitum id est aduenam
& circumcisum miscere populo dei. quidum esset & hinc
cur simpliciter errabat & erat semel filius gehenne,
Uidens ergo magistrorum uitia qui destruebant opere quod
uerbo docebant sequens quasi puerum actor maiore poena
C. DET quid est quod dominus ait, & uos filii estis eorum dignus est,
qui prophetas occiderunt. implete & uos mensuram patrum uestrorum,
MAC si diceret, Quod illis defuit uos implete, Illi interfecerunt
seruos. uos dominum crucifigite. Illi prophetas uos quia prophe
tis estis praedicatur
CI. DAIT dominus ad iudeos, Ueniat super uos omnis sanguis iustus
qui effusus est super terram. a sanguine abel iusti usque ad
sanguinem zachariae filii barachiae quem occidistis in
tertemplum & altare. quis est ergo iste zachariae
filius barachiae
M. DIABEL nulla est ambiguitas quis sit. is est quem ca in fratre
eius occiderat. Quis est ergo iste zachariae filius ba
rachiae. quia multos legimus zachariae, Alii zachariam
filium barachiae dicunt qui in duodecim prophetis un
decimus est, Alii zachariam patrem iohannis. Alii istum
uolunt esse zachariam qui occisus est a ioas rege iudae in
tertemplum & altare. cum ille non sit filius barachiae
sed ioiade sacerdotis. unde & scriptum docet, Non fuit

recordatur ioas patris eius ioiade qui sibi fecisset bona.
quod et ego ad probo, Queramus quare barachiae
filius et non ioiade, Barachia in nostra lingua sonat: be
nedictus dni, Ioiade iustitia in ebreo nomine appellatur,
Pro filio eni ioiade: barache filium inuenimus scribtu,
Si quis dixerit fratri suo racha reus erit iudicio. racha quid
interpretetur uolo agnoscere, Racha namq: interpretatur
uanus uel sine acelebro sicut fatue insipiens, Ideo tam
prohibita sunt loqui ne iracundiam mouent.

AMOUET nos cur euangelista dixerit, Ipse enim ihs tes
timonium perhibuit: quia propheta in patria sua non habet honorem;
Cum ergo samaritanos deseruisset tamen cito utamplius
quam duos dies apud eos fuisset et ad galileam uenisset
ubi nutritus erat: quomodo testatur quia propheta
in patria sua honorem non habet, Magis uidetur
ad testari potuisse quod propheta in patria sua honorem
non habet et sic tempore et ire in galileam et in samaria remansisset,

MINSINUATUM est nobis non modicum sacramentum questi
onem propositam cognouimus solutionem eius exquirere
studeamus, Retexamus uerba superiora ut inueniamus
cur hoc euangelista dicere uoluerit et inuenimus
quoniam per biduum profectus de samaria uenerit in galileam;
Accipite itaq: karissimi quid hic sentiam sine prae iudicio; In sa
ria namq: biduum fecit et crediderunt in eum samaritani.
tot dies in galilea et non crediderunt in eum galilei
Recolite quia uenit in samaria ubi eum primo mulier
illa praedicauerat cum qua ad puteum iacob locutus.

erat magna mysterio eo uiso scam caritani &
dito crediderunt in eum, Pergit in galileam & uenit
in ciuitatem chanan galileae ubi aquam uinum fecit:
ibi autem quando aquam in uinum conuertit sicut
scribit ipse iohannes crediderunt in eum discipuli eius: &
utique plena domus erat turbis conuiuantium ubi
factum est tam magnum miraculum & non in eum
crediderunt nisi discipuli eius, Hanc ciuitatem
galileae modo repetiuit, ET ECCE quidam regu
lus rogabat eum ut descenderet & sanaret filium
eius incipiebat enim mori. qui rogabat non crede
bat qui uenire ad domum suam dominum cupiebat ad
sanandum filium eius, Ideo ad domino audiuit, Nisi
signa & prodigia uideritis non creditis, Arguit
hominem in fide trepidum; Ubi ait. Uade filius
tuus uiuit, Nam postea quam euntiatum est sa
num esse filium eius, & inuenit ea hora sanatum
qua hora dominus dixerat. uade filius tuus uiuit cre
didit in quantum ipse & domus eius tota, Quia nunc iactus
est filius eius sanus & comparauit horam nuntia
tium horae praenuntiantis. quando rogabat
non credebat, Sam caritani nullum signum expec
tauerant uerbo eius tantum modo crediderunt
Ciues autem eius audire meruerunt nisi signa & pro
digia uideritis non creditis, & ibi tam en facto
tanto miraculo non credidit nisi ipse & domus eius
Ad solum sermonem crediderunt plures scam

ad illud miraculum sola domus illa credidit. Non enim
sine causa dicta sunt prodigia. prodigium enim est
appellatum quasi prodicium. quod porro dicat
porro significat & aliquid futurum esse protendat.
Vide quia iudaei insultant, Quem vos adoratis
frater noster erat, Vides quia propheta in patria
sua honorem non habet, Denique omnia miracula
viderunt eum iudaei facientem quae in evangelio
scripta sunt & vix inde pauci crediderunt, Iudaei
fuerunt & sunt similes galileis. nos similes sam[illegible]ta
nis, Qui evangelium audivimus evangelio consensimus
per evangelium in xpm credidimus, Thomas ille israheli
ta degens et scilicet dni in locum clavorum digitos
mittere cupiebat, Quem sic dnus arguit quomodo
& istum regulum in his namque duobus incredulis propheta
in patria sua honorem non habuit. In nobis autem propheta
iste honorem habuit qui non vidimus tantam prodigia
& tamen credidimus, Habeat ergo apud nos
honorem propheta. quia non habuit in patria sua.
& quia non habuit honorem in patria quam ditus est.
habeat in patria quam condedit ipse dnus ihs xps
qui vivit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

Quid sibi vult quod legitur sic, enim pater
suscitat mortuos. ita & filius quos vult vivificat
& pretinus subinfertur, Neque enim pater iudicat quem
quam sed omne iudicium dedit filio ut omnes honorifi
cent filium sicut honorificant patrem multum movet.

filius quos uult uiuificat pater uiuificat filius susci
tat mortuos. pater susci[illegible]tat mortuos, Neq:
enim pater [illegible] iudicat quemquam, Sunt iudicio sus
citandi sunt mortui. quomodo pater suscitat mor
tuos. si non iudicat quemquam. omne quippe iudici
um dedit filio, In illo autem iudicio suscitantur mor
tui & resurgent alii ad uitam alii ad poenam. quod
totum si filius facit. pater autem ideo non facit quia non
iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio.
Contrarium uidebitur ei quod dictum est. sicut pa
ter suscitat mortuos & uiuificat. sic & filius quos
uult uiuificat. simul ergo suscitant, Si simul susci
tant simul uiuificant. simul ergo iudicant. quod
itaque uerum est. neque enim pater iudicat quemquam. sed
omne iudicium dedit filio,

MOUEANT in proposite questionis praestabit
dnr ut solute delectent. ita est omnis quaestionis in
ten[illegible]tum fecerit propositio non delectabit
expositio, Sequatur autem ipse dnr ne forte in his
quae subnectit aperiat se aliquantulum. subtexit
enim nubilo lucem suam. & difficile est aquilam
more uolare super omnem nebulam quae tegitur omnis
terra & [illegible]uidere in uerbis dni sinceris simul
lucem, Ne forte ergo calore radiorum suorum
discutiat caliginem nostram & aliquantum se mo
sequentibus aperire dignetur, Hoc namque sciendum
quia non ad iudicium uiuorum & mortuorum pater ipse

uenturus est nec tamen recedit a filio pater, Quomodo er
go non ipse uenturus est quia non ipse uidebitur in iudi
cio Uidebunt in quem pungerunt, forma illa erit iudex
qua est et it sub iudice. illa iudicabit quae iudicata est.
Iudicata est enim iniq: iudicabit iuste, Ueni et ergo forma
serui et ipsa apparebit. et enim formam dei quomodo appa
rebit iustis et iniquis, Nam si iudicium non fieret nisi in
ter solus iustos. apparere et tamquam iustis formam dei, Quia
uerum iudicium futurum est iustorum et iniquorum nec licet ut iniqui
uideant dominum, Beati enim mundo corde quoniam ipsi dominum uidebunt,
Talis apparebit iudex qualis uideri possit et ab his quos co
ronaturus est. et ab his quorum damnaturus est, In forma ergo
serui uidebitur. occultaerit formam dei, Occultus erit in ser
in seruo filius dei. et apparebit filius hominis, quia potes
tatem dedit ei et iudicium facere quia filius hominis est,
Et quia ipse solus apparebit quia non est indutus for
ma serui, Ideo superius ait, Pater non iudicat quem
quam sed omne iudicium dedit filio, Bene ergo di
latum est ut ipse esset expositor qui propositor superius
enim occultum erat, Nunc uero ait arbitror manifes
tum est quia dedit ei potestatem et iudicium facere.
quia pater non iudicat quemquam sed omne iudi
cium dedit filio per illa forma futurum est quam non ha
bet pater, De eo uero quod dicit ebi est, Ut omnes hono
rificent filium sicut honorificant patrem. aliquid
dilucide aperiamus, Non potest inquit fieri quin hono
rificat filium honorificet patrem qui misit illum ,,,

Non potest ergo dicere aliquis. Ego patrem hono
rificabam quia filium non noueram sinondum filium
honorificabas nec patrem honorificabas, Quid est
enim honorificare patrem. nisi quod habeat filium,
Aliud est enim cum tibi commendatur dr quia dr est,
& aliud cum tibi commendatur dr quia pater est;
Cum tibi quia dr est commendatur. Creator tibi
commendatur, Omnipr tibi commendatur, Spr quidam
summus aeternus inuisibilis incommutabilis tibi com
mendatur, Cum uero tibi quia pater est commenda
tur. nihil tibi aliud quam & filius commendatur;
Quia pater dici non potest si filium non habet. sicut
nec filius si patrem non habet, Sed ne forte pa
trem quidem honores quasi maiorem filium uero
tamquam minorem. ut dicas mihi, Honorifica patrem
scio enim quod habeat filium & non error in patris no
mine, Non enim patrem intellego sine filio ho
norifica tamen & filium tamquam minorem. Cor
rigite ipse filius & reuocat dicens, Ut omnes honori
ficent filium. Non inferius sed sicut honorifica
patrem Ego inquis maiorem honorem uolo dare patri
minorem filio, Ibi tollis honorem patri ubi minorem
das filio. Quid enim tibi aliud uidetur ista sententia.
nisi quia pater aequalem sibi filium gene
rare aut noluit aut non potuit, Si noluit inuidit
si non potuit defecit. Ergo uides quia ita sentien
do ubi maiorem honorem uis dare patri ibi es

contumeliosus in patrem. proinde si honorificat
filium quomodo honorificat patrem si uis honori
ficare & filium & patrem;

Non potest filius a se facere quicquam
nisi quod uiderit patrem facientem. Quomodo por
sit intellegi quod uideat filius primo facientem
tunc demum & ipse faciat. quae facta conspexe
rit cum pater nihil nisi per filium fecerit. Ut est. Om
nia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil,

Verum est hoc & firmiter tenendum dum tamen
non amittis quod in ipsius euangelii exordio tenu
isti. Quia in principio erat uerbum & uerbum
erat apud deum. & deus erat uerbum. & precipue
quia omnia per ipsum facta sunt & sine ipso fac
tum est nihil, Quod nunc audis coniunge illo audi
tui & utrumque concorde & incorde & uo, Sic itaque non po
test filius a se facere quicquam nisi quod uiderit
patrem facientem. ut tamen pater ea quae facta non fa
ciat nisi per filium. quia filius eius est uerbum;
& in principio erat uerbum. & uerbum erat apud
deum & deus erat uerbum & omnia per ipsum facta sunt.
Quaecumque enim ille fecerit haec & filius similiter
facit, Non alia sed haec. non dissimiliter sed
similiter. Pater enim diligit filium & omnia demon
strat ei quae ipse facit ad hoc congruit quod supra
dixi. nisi quod uiderit patrem facientem. Sed
si pater demonstrat quae facit. nec filius potest

facere nisi pater demonstrauerit. Pater q:
demonstrare non potest nisi fecerit conse
quens erit ut non per filium omnia faciat pater.
Porro si fixum atq: in concursum tenemur quia per
filium omnia pater facit. Antequam faciat demon
strat filio. Nam si pater cum fecerit demonstrat filio
ut filius demonstrata faciat. quae demonstrata iam
facta sunt aliquid procul dubio pater sine filio fecit.
Sed non facit pater aliquid sine filio. quia filius dei uerbum dei
est quia omnia per ipsum facta sunt, Reman & ergo
fortasse ut que pater facturus demonstrat & facien
da ut per filium sint facta. Nam si filius ea facit
quae pater facta demonstrat. Non utiq: per filium
fecit, Monstrari enim non possunt filio nisi facta
facere filius non possit nisi mon[illegible]strata.
Ergo sine filio facta. Sed uerum est omnia per ipsum
facta sunt. Ergo antequam facta monstrata sunt.
Sed hoc diximus differendum esse quo redeundum sit
percursa lectione sic diximus aliquid uel temporis
uel uirium nobis remanserit adeo quae distulimus re
tractanda. Nunc uero attende quia uerbum xpi
uerbum dei xpi apud dm uerbum xpi & dr uerbum
xpi & dr & uerbum unus dr sed non tantum uerbum
xpi. quia uerbum caro factum est ut habitaret in
nobis. Factus est ergo homo qui erat dr accipienda
quod non erat. non amittendo quod erat;
hic xpi quae reuenerit queris. Ad hoc uenit. Ut re

surgant anime ab iniquitate. resurgant corpora
a corruptione, Anime quippe resurgant per ipsam substan
tiam. Corpora resurgant per dispensationem huma
nam domini nostri ihesu xpi. Amen amen dico vobis. Non po
test filius a se facere quicquam. nisi quod viderit patrem
facientem, Quaecumque enim ille fecerit haec et
filius similiter facit. Caelum terram mare. quae in
caelo quae in terra quae in mari. visibilia invisibilia.
frutecta. in aeris. natantia. in aquis.
Animalia in terris. in aere volantia. in caelo lucen
tia. praeter haec omnia. angelos virtutes. domina
tiones principatus potestates. omnia per ipsum facta
sunt et sine ipso factum est nihil. Numquid fecit haec
omnia dicitur et demonstravit ea filio ut et ipsa faceret
et alterum mundum his omnibus plenum. non utique. Sed quid.
Quaecumque enim ille fecerit non alia sed haec filius
nec dissimiliter sed similiter facit, Pater enim diligit filium
et omnia demonstrat ei quae ipse facit, Demonstrat
pater filio ut animae suscitentur. quia per patrem et filium
animae suscitantur. nec possunt vivere animae nisi
earum vita sit. dicitur. Si ergo non possunt vivere animae
nisi earum vita sit dicitur. sic ipse sunt vita corporum quid demon
strat pater filio, Id est quod facit per filium facit. non enim
faciendo demonstrat filio. sed demonstrando facit
per filium. Vidit enim filius patrem demonstrantem ante
quam aliquid faciat et ex demonstratione patris et
visione filii fit quod fit a patre per filium. Sic animae
suscitantur si potuerint videre istam unitatis coniunctio
nem.

patrem demonstrantem filium uidentem & per
patris demonstrationem & filii uisionem fieri cre
aturam quod nec pater sit nec filius sed infra patrem
& filium quicquid fit a patre per filium. Quia pater
demonstrat filio non ac cepit extrinsecus intus
tantum agitur quia nihil creaturarum est extrin
secus nisi hoc pater fecisset per filium, Creatura omnis
a deo facta est antequam fieret non erat, Non ergo
facta uisa est & retenta memoriter ut eam pater fili
tam quam memoria cogitationi monstraret sed fa
ciendam pater monstrauit faciendam filius uidit &
eam pater demonstrando fecit quia per filium uidentem
fecit & ideo mouere non debet quia dictum est nisi quod
uiderit patrem facientem. Non dictum est demonstra
tem & enim significatum est idesse patri facere quod est
demonstrare ut ex hoc intellegeremus per filium uidentem
omnia facere, Non illa demonstratio nec illa uisio tem
poralis est, Quia enim per filium fiunt omnia tempora
non utique aliquo tempore possint ei demonstrari faci
endo sic autem demonstratio patris filii uisionem gignit
quemadmodum pater filium gignit demonstratio
quam generat uisionem. Non uisio demonstrationem,

A Quid est quod in consequentibus legitur
Maior rahis inquit demonstrabit ei opera ut uos
miremini. Ibi namque difficilis oritur questio. Est enim
aliquid apud patrem quod adhuc filio non demonstrat
sit est aliquid apud patrem quod hoc latebat filium

quando iste filius loquebatur. Non enim ait demonstrauit
quasi de preterito. sed demonstrabit de futuro hoc est demon
strauturus est. Aut quid tamen quam temporaliter filio coaeterno
cali, quid demonstrat ceterus pater omnia scienti que
sunt apud patrem in sinu eius.

Facile occurrit maiora his quibus audistis curationibus
langorum corporalium, De illo enim qui xxxviii annos
habebat in infirmitate sua et xpi uerbo sanatus. natus
huius occasio tota sermonis et propter hoc dnus dicere
potuit maiora his demonstrabit ei opera ut uos miremini;
Sunt enim opera maiora quam iste et demonstrabit
ea pater filio, Nec in mora ri debemus. maiorem enim
resurrectio corporis in eternum. quam hec quae ad tempus facta
in illo languido sanitas corporis. et maiora his demon
strabit ei opera ut uos miremini. Demonstrabit quasi tem
poraliter. Ergo quasi homini facto in tempore qui a uerbum
dr non est factus per quem facta sunt tempora. sed homo
factus xpus in tempore apparuit quo consule quo die
conceptum de spiritu sancto uirgo maria peperit xpm.
Ergo homo factus est in tempore per quem dm facta sunt tempora
Ideo tamen quam in tempore demonstrabit ei opera maiora
id est resurrectionem corporum ut uos miremini, facta
per filio resurrectionem corporis, Deinde redit ad illam resur
rectionem animarum. sicut enim pater suscitat mortuos et uiuifi
cat. sic et filius quos uult uiuificat mortuos. sed sicut
spm uiuificat pater. uiuificat filius quos uult. sed ipsos
pater quos filius. quia omnia per ipsum facta sunt;

De resurrectione animarum dictum est hoc. sed audi ubi
de resurrectione corporum dicit. Neque enim pater iudicat
quemquam sed omne iudicium dedit filio. sicut iam supra
tractauimus, Resurrectio animarum fit per substantiam
patris et filii et naturam et incommutabilem. Resurrectio
uero corporum fit per dispensationem humanitatis filii
temporalem. non patri coaeternam, Unde sup
De honore patris ac filii adhuc restat ut dicamus. hoc
namque reddictum est resurrectioni animarum ut omnes ho
norificent filium sicut honorificant patrem, Animarum
enim resurrectionem sic operatur filius quemadmodum pater sic
uiuificat filius quemadmodum quemadmodum pater, honoratur enim homo xpr
sed non sicut pater dicitur. quare. quia sed hoc dixit pater maior
me est, Quando autem honorificatur filius sicut honorificatur
pater. Cum in principio uerbum et uerbum apud deum. omnia
per ipsum facta sunt. et ideo in hac honorificatione secun
da quid ait qui non honorificat filium non honorificat pa
trem qui misit illum, Non est missus filius. nisi quia factus
AMEN AMEN dico uobis quia qui uerbum meum est homo
audit et credidit ei qui misit me habet uitam aeternam
et in iudicium non uenit sed transit de morte ad uitam.
Et hoc ad tendite qui uerbum meum audit et non dixit credi
mihi sed credit ei qui misit me. Uerbum ergo filii audit
et patri credat, quare uerbum audit tuum et credit alteri
Nonne cum uerbum alicuius audimus eidem uerbum prefe
rentes credimus. loquentes fidem, ad commodamus; Quid
ergo uoluit dicere qui uerbum meum audit et credit ei qui misit me

Pax ergo in scripturis & omnia dispositio nequaquam
rixantia, Tu ubi celitem cordis tui, intellege concordiam
scripturarum nunquid contraria sibi dicerent veritas.
Qui verbum meum audit & credit ei qui misit me tamquam
diceret. Verbum eius est in me & qui de se audit ver
bum meum nisi audit me, Credit autem ei qui misit me
qui a cum illi credit verbo eius credit cum autem verbo
eius credit mihi credit qui a verbum patris ego sum,
Qui verbum meum audit & credit ei qui misit me hab
& vitam & naturam & in iudicium non venit sed transit de
morte ad vitam, Meministi quod superius posueram.
quia sicut pater suscitat mortuos & vivificat sic & filius
quos vult vivificat. incipit iam aperire se & loqui de
resurrectione mortuorum, Ecce iam resurgunt mortui,
Si transit a morte ad vitam nullo dubitante utique resurrexit.
Non enim transire de morte ad vitam. nisi primo esset
in morte & non esset in vita, Cum autem transierit erit in
vita & non erit in morte, Mortuus ergo erat & re
vixit perierat & inventus est. fit proinde iam quedam
resurrectio & transeunt homines a quodam morte ad
quandam vitam. a morte infidelitatis ad vitam fidei,
A morte falsitatis ad vitam veritatis. A morte iniquita
tis ad iusticie. Iterum audi. Amen amen dico vobis quia qui ver
bum meum audit & credit ei qui misit me habet vitam
& naturam sed tamquam ex patre. qui verbum meum audit &
credit ei qui misit me habet vitam aeternam ex patre.
Credendo ei qui misit illum. Ex patre vivificatur cui credit

in hoc pacto factum problema puto,

Amen AMEN dico uob quia uenit hora & nunc est,
quando mortui audient uocem filii dei. & qui audierint ui-
uent, Hora uero ista que sit aduerte autem addiderit
qui audierint uiuent. possint enim audire nisi uiuerent,

Mest ergo ista quedam resurrectio mortuorum. ape-
riat illam plenius & diluces cat nobis dr ut coepit. Amen
amen dico uobis quia uenit hora & nunc est. Nos expe-
ctabamus in fine resurrectionem mortuorum. nam ita
credidimus. immo non expectabamus. sed plane
expectare debemus. Neque enim falsum credidimus in fi-
ne mortuos resurrecturus, Cum ergo uellit dnr ihr insinuare
nobis quandam resurrectionem mortuorum ante re-
surrectionem mortuorum, Non sic lazari corpus uel filii illius
uiduae uel filii archisynagogi qui resurrexerunt mor-
turi, Nam & ipsorum mortuorum quedam resurrectio
facta est ante resurrectionem mortuorum sic hic dicit
habet uitam aeternam & in iudicium non uenit sed
transiit a morte ad uitam, Ad quam uitam ad & nam,
Non ergo sicut corpus lazari. Transiit enim ille a mor-
te sepulchri ad uitam hominum sed non & nam nam iterum
morituros, Resurrecturi autem in fine seculi mor-
tui in uitam aeternam transibunt, Cum ergo uellit dnr nostr
ihr xpr magister caelestis & ueritatis uerbum de-
monstrare nobis quandam resurrectionem mortuo-
rum in aeternam uitam ante resurrectionem mortuo-
rum in aeternam uitam. uenit hora in qua, Tu procul dic

dubio imbutus fide resurrectionis carnis expectabis
horam illam finis seculi diem iudicii quam ne in isto loco
expectare addidit. Et nunc est, Quod ergo dicit
venit hora non dicit de hora illa nouissima ubi inuis
sodi in uoce archangeli et in tuba dei dominus discendet
de celo et mortui qui in xpo sunt resurgent primi, De
inde nos uiuentes qui reliquisumus simul cum illis
rapiemur in nubibus obuiam xpo in aere et ita semper
cum domino erimus, Veni et hora illa sed non est nunc,
Quae est uero illa hora de qua dicit et nunc est. uel quid
in ea fit inquiris, Quid nisi resurrectio mortuorum. et
qualis resurrectio ut qui resurgunt in aeternum uiuant
hoc erit et in nouissima hora, Quid ergo quomodo
intellegemus duas istas resurrectiones numquid
forte qui nunc resurgunt tunc non surgent. alios
fiat nunc resurrectio. alios tunc, Non enim ita. Nam
in ista resurrectione si recte credimus resurreximus.
et nos ipsi qui iam resurreximus. alteram in fine
resurrectionem expectamus, Sed et nunc in aeter
nam uitam resurreximus. si in fide ipsa perseuerantes
manemus et tunc in aeternam uitam resurgimus
quando angelis coaequabimur, Ipse igitur distinguit
ipse aperiat quod loqui causisumus quomodo fiat
resurrectio ante resurrectionem non alios et alios
sed eorundem nec talis qualis lazari. sed in uitam
aeternam, Aperi et plane, Audi dilucescentem
magistrum et in labentem cordibus nostris solem nostrum,

Non quem desiderant oculi carnis. sed cui estu
ant aperiri oculi cordis. ipsum ergo audiamus.
Amen amen dico uobis quia uenit hora & nunc est
quando mortui audient uocem filii dei & qui audi
erint uiuent. sufficere & ergo. uenit hora & nunc
est quando mortui audient uocem filii dei. Iam
nos intelligeremus uiuentes eos. quando nisi ui
uerent audire non possint, Non inquit qui aui
uunt audiunt sed audiendo reuiuiscunt audientes
& qui audierint uiuent, Quid est ergo audient
nisi ob audient. quantum enim pertinet ad auris
auditum. non omnes qui audiunt uiuent, Multi enim
audiunt & non credunt. audiendo & non credendo
non ob audiunt, Non ob audiendo non uiuunt, Itaque
hic nihil aliud qui audiunt nisi qui ob audiunt.
qui ergo ob audierint uiuent, Certi sunt securi sunt
uiuent praedicatur xpus uerbum dei. filius dei per
quem facta sunt omnia. celere dispensationes
gratiae assumpta carne natus ex uirgine in
fans in carne iuuenis in carne patiens in carne
moriens in carne resurgens in carne ascen
dens in carne, Promittens resurrectionem carnis
Promittens resurrectionem menti. Mentiante
carnem carni post mentem, Qui audit &
ob audit uiuit. qui audit & non audit. idem audit
& contemnit. Audit & non credit non uiuit.
Quare non uiuit. quia non audit. quidem non audit

non obcaudit, ergo qui audierint uiuent,

Aquid est quod continuo de eadem resurrectio
ne subiecit. Sicut enim pater habet uitam in sem et
ipso, sic dedit filio uitam habere in sem et ipso.
quid est habet uitam pater in sem et ipso edissere,

Mtam quam diceret non alibi habet
uitam in sem et ipso, uiuere quippe suum in
illo est non aliunde non alienum est non quasi
mutuatur uitam nec quasi participat fit uite
eius quae non est quod ipse sed habet uitam in sem et
ipso. ut ipsa uita sibi sit ipse, Si potuero adhuc
in de modicum quid dicere exemplis propositis
ad intelligentiam tuam informandam Ieremie mi.
Domino adiuuante potero et pietate intentionis
tuae, Uiuit dr uiuit et anima, sed uita dei immu
tabilis est, uita animae mutabilis est, Dr nec
proficit nec deficit sed est ipse semper in se est
ita ut est non aliter nunc aliter postea aliter an
tea, Animae uero uita ualde aliter atque aliter
uiuebat stulta, uiuit sapiens, uiuebat iniqua,
uiuit iusta, nunc meminit nunc obliuiscitur
quia mutabilis est, Et cum uiuit anima iniqui
tate, mors eius est, Cum autem fit iusta fit parti
cepr alterius uitae quae non est quod ipsa, erigendo se
quippe ad dm et inherendo deo ex illo iustificatur,
Dictum enim credenti in eum qui iustificat impium
deputatur fides eius ad iustitiam, Deficiendo

ab illo fit iniqua. proficiendo ad illum fit iusta.
Nonne uidetur tibi quasi aliquid frigidum igni
ammotum feruescere. remotum ab igne torpes
cere, Nonne uidetur tibi quiddam tenebrosum
ammotum luci clarescere. remotum a luce nigres
cere, Tale quiddam est anima non tale aliquid dicitur.
Potest et homo dicere habere se lucem in oculis suis,
Dicant ergo quasi quidam uoce propria oculi tui si pos
sint habemus lucem in nobis ipsis, Contradicitur.
Non propria dicitur habere uos lucem in uobis ipsis,
Habetis lucem sed in acelo. habetis lucem si forte
nox est sed in lunam in lucernis non in uobis ipsis, Nam
clausi amittitis quod aperti percipitis. Non in uobis
ipsis habetis lucem sole occidente tenete lucem
si potestis. Nox est. et lumine nocturno per fru
mini subducta lucerna tenete lucem, Cum uero
subtracta lucerna in tenebris remanetis. non
lucem in uobis ipsis habetis, Hoc est ergo lucem
habere in semet ipso non indigere lucem habere
ex altero, Ecce ubi si quis intellegat ostendit filium
ac qualem patri ubi ait, Sicut habet pater uitam
in semet ipso. sic dedit filio uitam habere in semet ip
so. ut hoc solum intersit inter patrem et filium
quia pater habet uitam in semet ipso quam nemo ei
dedit, filius autem habet uitam in semet ipso quam
pater dedit, Sed hic et ia moritur aliquid nubi
lum discuciendum. Ecce inquis fateris fateris ipsi

quod uitam pater filio dedit ut haberet ea quidem
in sem & ipso sicut pater habet uitam in sem & ipso non in
digens ille non indigeret & iste ut ille sit uitae & sic
& iste & utrumque coniunctam sit una uita non duae
quia unus dr non duo. Dii. & hoc ipsum sit esse uitae,
Quomodo ergo dedit filio uitam pater non sic
quasi fuerit filius ante ea sine uitae atque ut uiuerit &
a patre accepit uitam, Nam si hoc esset non habe
ret uitam in sem & ipso sed est modus iste, Verbum
itaque dei filius dei aliquid aliud erat ante quam accepe
rat uitam ut participando haberet uitam sed uitam habet
in sem & ipso, Haec per hoc ipse est ipsa uita, Quid ergo ait,
Dedit filio uitam habere in sem & ipso breuiter dixerim,
Genuit filium. Neque enim erat sine uitae & accepit uitam
sed nascendo uita est pater uitae non nascendo. filius
uita est nascendo. pater de nullo patre filius de deo pa
tre. pater quod est a nullo est. quod autem pater est propter
filium est. filius uero & quod filius est propter patrem
est. & quod est a patre hoc ergo dixit. Uitam dedit
filio ut haberet & ea in sem & ipso, AGUSTINUS

AIIUD ERGO NON NEGLIGENTER OMITTENDUM
quod ait ihr. Spiritus est qui uiuificat. Caro non prodest
quicquam, Odiens magister bone. quid caro non pro
dest quicquam cum tu dixeris. nisi quis manducaue
rit carnem meam & biberit sanguinem meum
non habet uitam

MSICUTIQUE iudaei intellexerunt illam carnem quid

in cadaueris delaniatur aut in macello uenditur. non
quod spiritu uegitatur, Proinde sic dictum est caro non
prodest quicquam quod dictum est, Scientia in
flat. Iam ergo dicimus odisse scientiam. ab sit,
est. scientia inflat sine caritate. Ideo adiunxit.
caritas edificat. Adde ergo scientiae caritatem.
& utilis erit scientia non per se sed per caritatem,
Sic & iam nunc caro non prodest quicquam.
sed sola caro. Accedat spiritus ad carnem sicut accedit
caritas ad scientiam & prodest plurimum
Nam si caro nihil prodest. uerbum caro non fieret
ut habitaret in nobis, Si per carnem nobis multum
profuit xpo. quod caro nihil prodest. sed uel maxime
per carnem spiritus pro salute nostra. caro uas fuit
quod habebat ad tendendum quod non erat. Apostoli
missi sunt numquid caro ipsorum nihil nobis profuit.
Si caro profuit apostolorum nobis caro domini potuit non
prodesse, Unde enim ad nos sonus uerbi nisi per uocem
carnis, Unde stilus. unde conscriptio ista omnia opera
carnis sunt. sed agitante spiritu tamquam organum
suum, Spiritus ergo est qui uiuificat. caro non prodest
quicquam. Ac si dicatur. Sicut illi intellexerunt car
nem meam. Proinde ait. uerba quae ego locutus sum
uobis. spiritus & uita sunt. Dicamus hoc commendasse dominum in
manducatione & missa & potatione sanguinis sui
ut in ipso maneamus. & ipse in nobis. Manemus autem in filio
cum sumus membra eius. maneat ipse in nobis cum sumus templum

eius; Ut autem sumus membra eius unitas nos conpaginet.
ut conpagin & unitas. quae fecit nisi karitas dei. Apos
tolum interroga karitas inquit dei diffusa est in cor
dibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.

A Diligenter intuere cogit quod
legitur. Si ergo uideritis filium hominis ascen
dentem ubi erat prius, Filius enim hominis xpus ex
maria uirgine. Ergo filius hominis hic esse coepit
in terra ubi carnem adsumpsit ex terra. unde & propheta.
Ueritas de terra ostia est. Quid sibi ergo uult quod ait.
Cum uideritis filium hominis ascendentem ubi erat pri
us. numquid filius hominis in caelo erat prius quam
in terra esse inciperet. Hic quidem dixit ubi erat prius
quasi tunc non ibi esset quando haec loquebatur. Alio
loco autem ait. Nemo ascendit in caelum nisi qui de ce
lo descendit filius hominis qui est in caelo, In terra
loquebatur & in celo se esse dicebat. & non ita dixit,
Nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit
filius dei qui est in caelo,

M Quo pertenet hoc nisi ut intelligamus
quod & iam dudum commendaui. unam personam
esse xpm dnm & hominem. non duas. ne fides nostra
non sit trinitas sed quaternitas. Xpus ergo unus est.
uerbum anima caro unus xpus filius dei & filius ho
minis ex tempore. Unus xpus filius dei semper. filius
hominis ex tempore tamen unus xpus secundum unitatem per
sone In caelo erat quando in terra loquebatur.

Si erat filius hominis in celo, quod filius dei in terra.
Erat filius dei in terra in susceptione carne, filius homi
nis in celo in unitate persone.

Erat autem in proximo dies festus iudeorum
scenophegia. scenophigia quid sit quesoutdicas.

Scriptura namque sancta aperte demonstrat quid
sit faciebant quippe die illo tabernaculum ad simili
tudinem tabernaculorum in quibus inhabitaverunt cum
ex egypto ducti peregrinarentur in heremo. iste erat
dies festus quem magna solemnitate celebrabant iu
dei velut reminiscentes beneficia domini qui occisurus erant
dominum. hoc enim die festo quia plures erant dies festi.
sic enim appellabantur apud eos dies festi. eo quod non erat
dies unus sed plures. inde est quod iam explanavimus.

Qui ad ixsenon ascensurum ad diem illum festum tamen as
cendit non ipsa die sed postea ut intellegamus quia non unus dies sed
plures scenophigia. Nuncupatur.

Dixerunt fratres ihesu ad illum. Transi hinc et va
de in iudeam ut et discipuli tui videant opera tua quae
tu facis. Qui respondens interrogavit. Tempus meum nondum
venit. tempus autem vestrum semper est paratum. Quidem hoc
Nondum venerat tempus xpi. Quare ergo xpus venerat
si tempus eius nondum venerat. Audivimus apostolum dicentem
Cum autem plenitudo temporis misit deus filium suum. Si ergo ple
nitudine temporis missus est quando debuit missus est
quando oportuit venit. Quid ergo est tempus meum nondum venit

Sic namque hoc loco fratres ihesu accepere debemus

sicut iacob ad labandi x. si quid inquit inuenisti de uniuersis
uasis domus tue ponatur hic coram fratribus meis et diiudicent
inter nos. Erat enim consuetudo scriptura ex appellare fratres
consanguineos et cognatos. Nam abrahe et loth fratres sunt
dicti. cum esset abraham patruus loth. Cum ergo fratres domini audisset
mariae cogitat consanguinitatem. Perpende igitur
quo animo illi loquerentur. qui quasi fratrem suum mone
re uidebantur dabant illi consilium consequendi glorie
ueluti secularitter et terreno affectu monentes. ne
esset ignobilis et lateret. Quod ergo ait. dominus tempus
meum nondum uenit. illis respondit qui ei consilium
de gloria dabant. Tempus glorie mee nondum uenit.
Uide quam profundum sit. de gloria illi commonebant
sed ille uoluit altitudinem humilitate precedere
et ad ipsam celsitudinem per humilitatem uiam sternere.
Nam et illi discipuli utique gloriam requirebant qui uole
bant sedere unus ad dexteram et unus ad sinistram suam,
Attendebant quod et non uidebant. Quapropter dominus
eos ut ordinata uenirent ad patriam. reuocauit ad uiam
Excelsa enim patria humilis uia. patria est uita xpi.
uia est mors xpi, Patria est mansio xpi. uia est passio
xpi, Qui recusat uiam quid querit patriam. Denique et
illis hoc respondit querentibus altitudinem, Potestis
bibere calicem quem ego bibiturus sum. Ecce quia ueni
tur ad celsitudinem quam desideratis calicem quippe
commemorabat humilitatis et passionis, ergo
et hic tempus meum nondum uenit. tempus autem uestrum

idest mundi glorie semper est paratum. Hoc est tempus
de quo in prophetia loquitur xpi idest corpus xpi. Cum
accepero tempus ego iustitias iudicabo. Modo enim
non est tempus iudicandi sed iniquos tolerandi. Ferat
igitur corpus xpi modo et tollat iniquitatem a le ui
uentium. Habeat tamen iustitiam modo. Antequam habe
at iudicium. Per iustitiam enim perueniet ad iudicium
tollerantibus quippe memores iniquitatem seculi
huius quid scriptura sancta dicat in psalmo. Non repel
lit dominus plebem suam. Laborat enim plebs eius inter
indignos inter iniquos inter blasphemantes mur
morantes detrahentes insectantes et si liceat
perimentes. Laborat quidem. Sed non repellit
dominus plebem suam et hereditatem suam non derelin
quet quocadusque iustitie conuertatur ad iudicium.
Quocadusque iustitie quemodo est in scientia eius conuertatur
ad iudicium cum implebitur quod eis dictum est. Sedebi
tis super duodecim seder iudicantes xii tribus israel. Habebit
iustitiam paculus apostolus. Sed nondum illud iudicium
de quo dicit. Nescitis quoniam angelos iudicabimus.
Si ergo modo tempus iuste uiuendi postea erit tempus
quum a le uixerint iudicandi. Quocadusque in quantum iustitie
conuertatur ad iudicium hoc erit tempus iudicii. De quo
dominus modo dixit. Tempus meum nondum uenit. Erit
enim tempus glorie qui uenit in humilitate ueniet
in altitudine qui uenit iudicatus ueniet iudica
turus. Qui uenit occidi a mortuis ueniet iudicare de uiuis
et mortuis.

Loquebantur iudei de dño saluatore.

Aliud dicentes quia bonus est alii autem non sed seducit turbas.
Huic testimonio paculus ad sentiens ait: ut seductores
et veraces. Si enim seducere decipere est. nec xpus seduc
tor nec apostoli eius nec quisquam seductor debet esse. xpi
anus in dia ergo quid hic sentire debemus.

Mdictum enim hoc est ad eorum solatium qui postea
praedicantes verbum dni futuri erant ut seducto
res et veraces. Ideo autem seducere aliunde ali quem ad aliud
per succedendo ducere est id circo movere non debet. quia si
a malo ad bonum. bonus seductor est si a bono ad malum.
malus seductor est. In hac ergo parte quae sedu
cuntur homines de malo ad bonum ut nunc omnes seduc
tores et vocemur et simus.

Ascendit ergo ihs mediante die festo. et docebat.
Mea doctrina non est mea hoc mihi videtur contra
rium quomodo mea quomodo non est mea,

Msiergo diligenter intueamur quid ipse in exordio
dicit scr ioh evangelista, In principio erat verbum et ver
bum erat apud dm et dr erat verbum. Independit so
lutio huius questionis. Quae est ergo doctrina patris
nisi verbum patris, Ipse est ergo xpus doctrina patris
sive verbum patris. Sed quia verbum non potest
esse nullius sed alicuius. et sua doctrina dixit seipsum.
et non sua quia patris est verbum. Quid enim tuum
quam tu. et quid tuum non tuum quam tu. si tu alicuius
es quod es verbum ergo et dr est et doctrinae stabilis

uerbum est non sonabilis per syllabas et uolatiles
sed manentis cum patre ad quam conuertamur sonis
transeuntibus permanentem. Breuiter ergo dico
caritate tua hoc dixisse mihi uidetur dominus xpistus. Mea
doctrina non est mea, Ac si diceret ego non sum a me ip
so. quamuis enim filium patris dicamus et credamus equalem
nec ullam in eis esse naturae substantiae aeq: distantiam. Nec
inter generantem atq: generatum aliquod intercessisse
temporis interuallum. Tamen hoc obseruato et custodi
to ista dicimus, Quod ille pater est ille filius, pater autem
non est sine habere filium. et filius non est sine habere patrem.
Sed tamen filius dicitur de patre pater autem dicitur sed non de filio. Pater
filii non est dicitur de filio. ille autem filius patris et dicitur de patre
Dominus enim est. Dicitur lumen ex lumine. Lumen ergo
quod non ex lumine et lumen aequale quod ex lumine simul
unum lumen non duo lumina, Sabellianam heresim sententiam
ista dissoluit. Sabelliani enim ausi sunt dicere ipsum esse
filium qui est pater duo esse nomina sed unam personam. Si duo
essent nomina et res una non dicerent ut mea doctrina non
mea. utique si tua doctrina non est tua. Ad hoc cuius est
nisi alius sit cuius sit quod dixisti sabelliani non intellegunt
non enim trinitatem intellexerunt sed sui cordis errorem sed aliquid

Ad Tertius. Hoc est opus dei ut credatis in eum quem misit ille
Alio in loco ait qui uerbum audit et credit ei qui misit me habet
uitam aeternam et rel. Nunc ergo rogo edissere si aliquid dis
tat inter credit et credit in eum,

Ad Quartum nam quia in his uerbis aliquam esse distantiam. Sic namque

hoc est opus dei ut credatis in eum quem misit ille. Non ut credatis
ei sed ut credatis in eum. Sed si credatis in eum creditis ei. Non autem
continuo qui credit ei credit in eum. Nam et demones credebant
ei et non credebant in eum. Rursus et ita possumus dicere de apos
tolis eius. Credimus paulo sed non credamus in paulum. Credimus
petro sed non credamus in petrum. Credenti in eum qui iustificat
impium deputatur fides eius ad iustitiam. Quid ergo credere in eum
credendo amare credendo diligere credendo in eum ire et eo
membris incorporari. Ipsa est ergo fides quam de nobis exigit deus
et non invenit quod exigat nisi donaverit quod inveniat. Quae fi
des nisi quam definit alio loco plenissime apostolus dicens.
Et neque circumcisio aliquid valet neque praeputium sed fides quae
per dilectionem operatur. Non quaelibet cumque fides sed fides
quae per dilectionem operatur.

Quid sibi vult quod legitur. Nonne hic eum quaerebant iu
dei interficere et ecce palam loquitur et nihil illi dicunt. Numquid
vere cognoverunt principes quia hic est xpr et subiunxerunt.
Istum novimus unde sit. Xpr autem cum venerit nemo scit unde sit.
Haec opinio apud iudeos unde natus fuerit requiro. Si enim
prophetae praedixerunt et locum unde erat origo carnis eius
et locum ubi eum peperit mater eius unde natus est apud iudeos
ista opinio quam audivimus. Xpr cum venerit nemo scit unde sit.

Utrumque namque praedicaverunt et praenunciaverunt
scripturae secundum hominem praedixerunt scripturae un
de esset secundum deum latebat impios et querebat et respi
ciebat pios. Ad hoc enim et isti dixerunt. Xpr cum venerit nemo
scit unde sit quia hanc in illis opinionem generaverat

quod per isaiam dictum est. Generationem eius quis enarrabit.
Denique et ipse dominus ad utrumque respondit. Et quia secundum hominem
noverant et unde etc. Et quia non noverant secundum deum.
Audi ergo verbum domini vide quem ad modum confirmavit eis
et quod dixerunt. Christus cum venerit nemo scit unde sit. Clamabat
ergo docens in templum ihesus et me scitis et unde sim scitis et a
me ipso non veni. Sed est verus qui me misit quem vos nescitis.
Hoc est dicere. Et me scitis et me nescitis hoc est dicere et unde
sim scitis et unde sim nescitis. Unde sim scitis ihesum ante hac et h
cuius et ita parentes nostis. Solus enim in hac causa latebat
virginis partus. Cuius tamen testis erat maritus. Ipse hoc enim
poterat fideliter indicare hoc ergo excepto virginis partu
totum noverunt in ihesu quod ad hominem pertinet. Ergo cum dixis
set. Sed est verus qui misit me quem vos nescitis ut ostenderet
eis unde possint scire quod nesciebant. Subiecit. Scio ego
eum. Ante ergo querite ut sciatis eum. Quare autem scio eum quia
ab ipso sum et ipse me misit. Magnifice utrumque monstravit
Ab ipso in quantum. Quia filius de patre et quidquid est filius de illo
est cuius est filius. Ideo dominum ihesum dicimus deum de deo patre
Non dicimus deum de deo sed tantum deum. Et dicimus dominum ihesum
lumen de lumine. Patrem non dicimus lumen de lumine
sed tantum lumen. Ad hoc ergo pertinet quod dixit
ab ipso sum. Quod autem videtis me in carne ipse misit
ubi audis ipse misit. Noli intellegere naturae dissi
militudinem sed humanae formae adsumptionem. Ac
Cur dixit salvator. Alias oves habeo quae
non sunt ex hoc ovili et illas oportet me adducere.

Cum eum alibi dixisse sciamus, Non se missum esse nisi ad
oves quae perierant domus israel. [illegible] quid habet alias
oves ad quas non est missus.

Significavit enim praesentem Christum corporalem non
se missum exhibere nisi solis iudaeis qui viderunt et oc
ciderunt. Tamen et inde multi et ante et postea crediderunt.
Mensis prima de cruce ventilatae. Ut etiam semen unde alia
messis consurgeret, Et nunc vero cum fama evangelii
et bono eius odore excitati credunt fideles eius per omnes gen
tes erit expectatio gentium quando veniat qui iam
venit quando ab omnibus videatur qui ac tunc ac quibus dam
visus est ac quibus dam non est. Tamen et ipsa crux si ad tendas
tribunal fuit. In medio enim iudice constituto. Unus latro
qui credidit liberatur. Alter qui insultavit damnatus est.
Iam significabat quod facturus est de vivis ac mortuis
alios posituros ad dexteram. Alios ad sinistram. Similis
ille latro futuris ad sinistram. Similis alter futuris ad
dexteram iudicabatur et iudicium minabatur. Augustinus

Legitur in evangelio iohannis. Nondum erat
spiritus datus quia ihesus nondum fuerat glorificatus. Quaerendum
nobis quomodo nondum erat spiritus in hominibus sanctis cum de ipso
domino recens nato legatur in evangelio quod eum in spiritu sancto cog
noverit simeon. Agnoverit et Christum et Annam viduam prophe
tissam, Agnoverit et Iohannes ipse qui eum baptizavit. Imple
tus spiritu sancto Zacharias multa dixit, Spiritum sanctum sancta maria
ipsa ut dominum conceperet accepit. Multa ergo indicia
praecedentes spiritus sancti habemus antequam dominus glorificaretur

resurrectione karnis suae. Non enim aliud spiritum et iam
prophetae habuerunt qui Christum futurum praenuntiaverunt.
MANIFESTO hoc de spiritu sancto dicit. Nam unusquisque
homo habet in se proprium spiritum de quo loquebatur cum ani-
mam commendarem. Animus enim cuiuscumque proprius spiritus
eius est de quo dicit paculus apostolus. Quis enim scit hominum
quae sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Deinde
adiunxit. Sic et quae dei sunt nemo scit nisi spiritus dei. Nostrae
nemo scit nisi spiritus noster. Non enim novi quid cogitas. Aut tu quid
cogito. Ipsae enim sunt propriae nostrae quae interius cogita-
mus. Et cogitationum unius cuiusque hominis ipsius spiritus tes-
tis est. Sic et quae dei sunt nemo scit nisi spiritus dei. Nos cum spiritu
nostro. Deus cum suo. Itaque tamen ut deus cum suo spiritu sciat et iam quid agi-
tur in nobis. Nos autem sine eius spiritu scire non possumus quid agitur
in deo. Accepto autem spiritu dei discimus et quid agitur in deo. Non
totum quia non accepimus totum de pignore cuius postea
dabitur plenitudo. Sed quid ait per cunctas. Nondum erat
spiritus datus quia nondum fuerat glorificatus. In evidenti
est intellectus. Non enim erat spiritus dei qui erat apud deum sed
nondum erat in eis qui crediderunt in Iesum. Ita enim
disposuit dominus Iesus non eis dare spiritum istum de quo loquimur
nisi post resurrectionem suam. Et hoc ne sine causa. Et
forte si queramus annuet ut inveniamus et si pulsemus aperiet
ut intremus. Pietas pulsat non manus quam quam pulsat
et manus. Quae igitur causa est cur dominus statuerit Iesus
Christus ut nisi cum esset glorificatus non daret spiritum sanctum in
quiris. Modus quidam futurus erat donationis huius

Cur

quiomnino cantare non cappariuerat de ipso hic dicitur. Nus
quam enim legimus cantare congregatos homines accep
to spiritu sancto linguis omnium gentium locutos fuisse. Post
resurrectionem autem suam primum quando capparuit disci
pulis dixit. Accipite spiritum sanctum. De hoc ergo dictum est. Non
dum erat spiritus datus quia ihesus nondum fuerat glorificatus.
Et insufflauit in faciem eorum qui flatu primum hominem
uiuificauit et de limo erexit. Quo flatu animam membris
dedit significans eum esse. sed insufflauit in faciem eorum
ut a luto exsurgerent et luteis operibus renunciarent.
Tunc primum post resurrectionem suam dominus quam dicit euan
gelista glorificationem dedit discipulis suis spiritum sanctum.
Deinde commoratus cum eis quadraginta diebus ut liber
tatum a posto lorum demonstrat ipsis uidentibus et uidendo
deducentibus ascendit in caelum. Ibi per tactis decim diebus
die pente costes misit desuper spiritum sanctum quo sicut dixi quierant
in uno loco congregati accepto impleti omnium gentium
linguis locuti sunt. Quid ergo est. quia modo qui baptizantur
in xpo et credunt in xpm et non loquuntur omnium
gentium linguis non sunt credendi accepisse spiritum sanctum.
absit ut ista per fidiam tempt et cor nostrum. Certissimus omnem
hominem accepere. sed quantum uas fidei ad tulerit
ad fontem tantum impletur ut ait apostolus.
Hac et inquit omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens
singulis prout uult. Sciretiam debemus quia antiqui
patres et prophete spiritu sancto plenierant. sed et hoc li
quido cappare et quia nondum erat spiritus datus idem apostolus

inscientiae omnium linguarum quae ihs nondum
fuerit glorificatus. AGUSTINUS 3

Ait saluator. Vos secundum carnem iudicatis
ego non iudico quemquam. Non dicimus iudicem uiuorum
et mortuorum ihm xpm ipse ita dicit. ego non iudico
quemquam. Alioncq: in loco. ait pater non iudicat quem
quam. sed omne iudicium dedit filio. et ipse filius dicit.
ego non iudico quemquam quod hoc intellegendum est.

Quaestio iste duobus modis solui potest ut aut hoc
intellegamus. Non iudico quemquam id est modo. Sicut
dicit alibi. Ego non ueni ut iudicem mundum sed ut sal
uum facerem mundum non iudicium suum negando
sed deferendo. Aut certe quia dixerit. Vos secundum
carnem iudicatis ita coniunxit ego non iudico quemquam
ut subaudias sed carnem id est secundum carnalem
scipientiam. Siue ergo propter hoc quia non uenerit
iudicare mundum sed saluare mundum. Dixit ergo
non iudico quemquam, Siue quemadmodum commemo
rauit quod dixerit uos sed carnem iudicatis ita dixit
ego non iudico quemquam ut intellegamus xpm non sed carnem
iudicare sicut ab hominibus iudicatus est. Nam ut agnosca
tis iam et iudicem xpm audite quod sequitur, Et si iudico ego
iudicium meum uerum est, Ecce habes et iudicem. sed ag
nosce saluatorem ne sentias iudicem. Quare autem
iudicium suum uerum est quia solum inquit non sum sed
et ego et qui me misit pater. Scrinaeq: iohannis euan
gelistae uiam fac tussum multum alte uolat

potest eum mente conp̄hendere mysterium autē
altius uolentis opus est ut commemorē karitatem
uestram quia huic figurā aquilae non sine causa ex
pressam scim̄ quia ipse est iohannis sublimiū p̄dicator
& lucis interne atq; aeterne fixis oculis contēplator,
Dicuntur enī & pulli aquilarum apparentib; sic p̄bari;
Patris scilicet unge suspendi & radiis solis opponi
qui firme contemplatus fuerit filius agnoscitur. si
acie palpitauerit tamquā adulterinus ab unge
dimittitur. Ia mergo uidete quae sublimia loqui debuit
qui est aquilae conparatus, Dicam ergo de sublimib;
prout ipse dederit de quo loquimur capiat qui potest.
credat qui non potest. Tamen dicā quid ait dn̄r.
Uos secundum carnem iudicatis. ego non iudico quē
quam. aut modo aut secundum carnē non iudico.
sed si ego iudico iudicium meum uerum est, Quare
iudicium tuum uerum est. quia solus non sum inquit sed & ego
qui me misit pater. Uerum est inquit iudicium meū,
Audi breuiter quia filius dī sum sed sic tibi persuadeo
inq̄t quia filius dī sum ut intellegas quia mecū est
pater, Non sic sum filius ut ipsum deseruerim,
Non ita hic sum ut cum ipso non sim. Non ita ibi ille
ut mecum non sit. formam seruiae accepi. sed for
mam dī non amisi. Solus inq̄t non sum sed ego & qui
me misit pater. De iudicio dixerat. & sic puto pro
blema finitum, testimonium uerum est;
Inlege uestra scriptum ē quia duorum hominū

Ego sum qui de me testimonium perhibeo. & testimoniū
perhibet de me qui me misit pater. Exposuit illis & legem
singrati non essent, Magna enim questio est fratrum mei
& valde mihi vid & vir in mysterio res esse constitutae ubi
dñs dixit, In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum,
Veritas queritur per duos testes ita plane sic se habet & hu
mani generis consuetudo. sed tamen fieri potest ut & duo
mentiantur. Susanna castae duobus falsis testibus urgue
batur. numquid qui a duo erant ideo falsi testes non essent
aut dicimus. universus populus mentitur est contra
xpm. Si ergo populus constans ex magna hominum
multitudine falsus testis inventus est quomodo acci
piendum in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum,
Hoc enim modo per mysterium trinitas com
mendatur in qua est perpetua stabilitas veritatis,
Vis habere bonam causam. habet & o duos vel tres testes.
patrem & filium & spm scm, Denique quando Susanna
castae feminae fidelisque coniux duobus falsis testibus
urgebatur. trinitas illi in conscientia atque in occul
to suffragabatur. Illa trinitas de occulto unum testem
danihelem excitavit. & duos convicit. Ergo quia
in lege vestra scriptum est duorum hominum testimo
nium vero est. accipite nostrum testimonium ne
sentiatis iudicium, Ego enim inquit non iudico quemquam
sed testimonium perhibeo de me. Defero iudicium
non defero testimonium, Elegamus nobis fratres con
tra linguas hominum contra infirmas suspitiones

generis humani dm̄ iudicem dm̄ testem, Non enim
dedignatur testis esse qui iudex est, Nec prouerbium
cum sit iudex, qm̄ qui testis est ipse erit iudex, quare
ipse testis quia non querit alium unde agnoscat qui
sis, Quare ipse iudex, quia ipse habet potestatem
mortificandi & uiuificandi, damnandi & absoluen
di. In gehennas precipitandi & in caelum leuandi,
Diabulo coniungendi & cum angelis coronandi. Cum
ergo ipse habet hanc potestatem, iudex est. Quia ue
ro ante agnoscat non querit alium testem qui tunc iu
dicabit modo uidete, non est unde illum fallas cum
coeperit iudicare, Non enim adhibebis tibi ali
quos falsos testes, qui iudicem illum possint circum
uenire quando te coeperit iudicare dr̄. hoc tibi dic &
quando contemnebas ego uidebam & quando non
credebas sententiam meam non frustrabas def
ferebam non auferebam, Noluisti audire que
precepi, senties quod predixi. Si autem audias que
precepi non malas senties que predixi, sed bona
percipies que promisi. Ne ergo moueat quod ait.
in lege uestra scriptum est. In ore duorum uel trium
testium stabit omne uerbum & quia duorum hominum
testimonium uerum est. Et ideo quisquam ex ex estim &
non fuisse illam legem dei. quia dictum est in lege
dei. sciat ita esse dictum in lege uestra, tamen
quam dicere & [illegible] in lege que uobis data est
ac quoniam ita dico [illegible] sic dicimus, panem nostrum

cotidianum dano bis odie. Augustinus

Adixit ihs ad iudeos. inter cetera. Ego non quero
gloriam meam. est qui querit et iudicat. quem uult
intelligi nisi patrem. quomodo ergo in alio loco
dicit. pater non iudicat quemquam sed omne iu
dicium dedit filio. et hic dicit ego non quero glo
riam meam est qui querit et iudicat. Si ergo iu
dicat pater quomodo non iudicat quemquam
sed omne iudicium dedit filio. Ne aliquem
sane moueat quod ait. pater non iudicat quem
quam sed omne iudicium dedit filio. quia iam
in eisdem uerbis euangelii disputauimus. et non
ammonemus, Non hoc ideo dictum quia pater
non erit cum filio iudicante. sed quia bonis et
malis in iudicio solus filius apparebit in ea for
ma qua passus est et resurrexit ascenditque in ce
lum. Discipulis quippe tunc conspicientibus as
cendentem uox angelica sonuit. Sic ueniet quem
admodum uidistis eum ascendentem in celum.
id est in forma hominis in qua iudicatus est iudi
cabit. ut etiam illud propheticum compleatur
uidebunt in quem conpunxerunt. Euntibus uero
iustis in uitam aeternam illud coaptabitur. uidebi
mus eum sicuti est, Non erit illud iudicium uiuo
rum et mortuorum sed pre[illegible]mium uiuorum tantum
modo. Hanc uero [illegible] questionem
ut soluamus quam [illegible] proposuisti

accidende. Simili locutione solui potest. Scriptum
habes. Dominum neminem temptat & iterum scriptum est.
Temptat uos dominus dominus uester ut sciat si diligitis eum,
Nympe questio est uid & e quomodo neminem dominus temp
tat & quomodo temptat uos dominus dominus uester ut sciat
si diligitis eum. Item scriptum est: Timor non est in ca
ritate. sed perfecta caritas foras mittit timorem
& alio loco scriptum est, Timor domini castus permanens
in seculum seculi. & ipsa questio est, Quomodo enim
perfecta [illegible] caritas foras mittit timorem. si
timor domini [illegible] castus manet in seculum seculi;
Intellegimus ergo duas esse temptationes. unam
quae decepit alteram quae probat. secundum eam
quae decepit dominum neminem temptat. secundum eam quae
probat temptat uos dominus dominus uester ut sciat si diligitis
eum. sed iterum hic alia questio nascitur quomodo temp
tat ut sciat. quem latere nihil potest antequam
temptet. non ergo dominus nescit sed dictum est ut sciat
quod est ut scire uos faciat locutiones tales & in
sermonibus nostris sunt & in auctoribus eloquentiae rep
periuntur. de sermone nostro aliquid dicam, Fossa
cecidit non quia ipsa oculos perdidit sed quia
latendo non uidentes facit. Aliquid & de illis auc
toribus dicam. Tristes lupinos ait quidam hoc est
amaros. Non quia ipsi sunt tristes. sed quia gustati
contristant hoc est tristes faciunt. Sunt ergo in
scripturis locutiones huiusmodi. quae in talibus questionibus;

cognoscendis laborant in soluendis talibus questioni
bus non laborant, Ergo tempta uos dn̄s dr̄ uester
quid est ut sciat ut scire uos faciat si diligis eum,
Job laborat se. sed dm̄ non latebat & admisit tēp
tatorem & fecit eum sui cognitorem. Quid de duobus?
est timor seruilis? est timor castus. Est timor ne
patiaris poenā? est alius timor ne amittas iu
sticiam. Timor ille ne patiaris poenā? seruilis est
quid magnum est timere poenam? sed magnum est
amare iusticiā. Qui ergo amat [illegible] iusticiam
nihil timet. timet plane non ne incidat in poe
nam sed ne amittat iusticiam, Ergo sicut secundū
aliam temptationem dr̄ neminem temptat. sed
aliam uero temptat uos dn̄s dr̄ uester. Ut secundū
alium timorem? timor non est in caritate. sed per
fecta caritas foras mittit timorem, Secundū
alium uero timorem. Timor dn̄i castus p̄manet
in saeculum seculi. Sic & hoc loco secundum alterum
iudicium pater non iudicat quemquam sed om
ne iudicium dedit filio? Secundum uero alterum
iudicium? Ego inquit non quero gloriā meā? est
qui queritur & iudicet. & dei pro uerbo questio ista
soluatur, Habes in euangelio commemoratum
poenale iudicium? qui non credidit iam iudicatus est
Et alio loco? ueniet hora quando hii qui sunt in monumen
tis audient uocem eius? & procedent qui bona
fecerunt in resurrectionem uitae qui male

fecerunt in resurrectionem iudicii. Uidete
quem admodum iudicium pro damnatione posuit
& poenam. & tamen si semper iudicium pro damnatio
ne acceperetur numquam audiremus in psalmo.
Judicame dr ibi iudicium secundum adflictionem.
hic iudicium secundum discretionem positum est,
Quomodo secundum discretionem quid exponit ipse
qui ait, Judicame dr lege enim & uide & e quid sequitur
quid est, Judicame dr. & discerne causam meam
de gente non sancta, Secundum hoc ait. modo dnr xpr.
Ego non quero gloriam meam. est qui querit & iudicat.
quid est qui querit & iudicat. EST pater qui gloriam
meam a uestra discernat & separet. Uos enim secund
hoc secundum gloriamini. ego non secundum hoc
seculum glorior qui patri dico. Pater glorificame
gloria quam habui apud te ante quam mundus esset.
Quid est ea gloria ab humana inflatione discreta.
secundum hoc iudicat pater quid est iudicat dis
cernit quid discernit. gloriam filii sui a gloria homi
num. Quia ideo dictum est. Unxit te dr dr tuus oleo
exultationis pre participibus tuis.

AMEN amen dico uobis. si quis sermonem meum
seruauerit mortem non uidebit in aeternum. quid
de ista morte sciendum sit insinua.

MTAM quam dicere uos inquit dicitis demonium
habet. ego uos aduitam uoco. seruate sermonem
meum & non moriemini, Illi audiebant mortem

& non uidebant in aeternum, Uidebat dn̄s aliam
mortem de qua nos liberare ueniat. Mortem secun
dam mortem aeternam mortem gehennarum. mortem
damnationis cum diabulo & angelis eius. ipsa est uera mors,
Nam ista migratio est, Natus es homo. moriturus es
quo ibis ut non moriaris. Quid facies ut non moriaris.
ut dn̄s tuus te necessitate moriturum consoletur. uolun
tate mori dignatus est. Illam mortem timeamus
quam timuerunt tres uiri quando dixerunt regi. Potens
est dr̄ & iam de ista flamma liberare nos. Sed si non
ibi fuit timor illius mortis quammodo dn̄s comminatur
quando dixerunt. sed & si noluerit aperte liberare
potest in occulto conuenire.

A QUOMODO accipiendum sit quod legitur, Abra
ham pater uester exultauit ut uideret diem meum. uidit
& gauisus est. De quo die dn̄i dicat insinuat,

M NON enim ait exultauit qui auidit sed exultauit
ut uideret credens utique exultauit sperando ut uideret
intellegendo. & uidit inquit & gauisus est. Quis expli
cat hoc gaudium. si gauisi sunt illi quibus dn̄s oculos cor
nis aperuit. qua le gaudium fuit uidentis cordis lucem
ineffabilem uerbum manens splendorem piis men
tibus refulgentem sapientiam indeficientem apud
patrem manentem dn̄m & aliquando in carne uen
turum nec de patris gremio recessurum. Hic est ille & nus
dies totum hoc in fide & prophetia uidit abraham,
Nam quod ait diem meum incertum potest esse unde

dixerit: ut xx diem dni temporalem quaerat uen
turus in carne. An diem dni qui nescit ortum nescit
occasum, Sed ego non dubito patrem abraham
totum scisse & ubi inuenam audite unum locum
qui mihi interim occurrit, Pater abraham quando
misit seruum suum ut p&ere& uxorem filio suo isaac
hoc eam sacramento obtrinx. ut fideliter quod iu
bebatur impleret. & scire& & ideo ipse quid faceret.
Magna enim res agebatur quando abrahae semini
coniugium querebatur, Sed ut hoc cognosceret ser
uus quod nouerat abraham quia ne potes non car
naliter desideriabat nec de genere suo aliquid carna
les capiebat. Ait seruo suo quem mittebat. Pone
manum sub femore meo & iura mihi p dm caeli.
Qui uult dr caeli ad femor abrahe. Iam intelle
ge sacramentum, Per femor genus. Ergo qui fuit
illa iuratio nisi quia significabatur de genere abra
he uenturum in carne dm caeli, Stulti reprehen
hendum abraham qui adix mittemanu sub femo
re meo, Qui reprehendunt carnem xpi reprehendunt
factum abrahe, Nos autem si agnoscimus carnem xpi
ueneriandam illud femor non contemniamus,
sed in prophetia dictum accipiamus, Etenim proph
erat habraham cuius prophetia seminis sui &
domini sui semen suum significat dicendo, Mit
temanum sub femore meo. dnm suum significa
uit addendo & iura p dm caeli. Irati iudei responderunt,

Quinquaginta annos non habes et abraham uidisti.
Et dns, Amen amen dico uobis, Antequam abraham fieret
ego sum, Appende uerba et cognosce mysterium,
Antequam abraham fieret. Intellege fieret ad huma
nam facturam, Sum uero ad diuinam substantiam
pertinet, Hinc iam uelut abrahe ac pertissimo conuicio
commoti sunt acrius blasphemasse, Illis quippe ui
sus est dns xpus quando dixit. Antequam abraham fieret
ego sum. Tulerunt ergo lapides ut ei cerent in ihm
tanta duritia cucurrerent nisi ad similes. Ihs autem
tamquam in forma serui tamquam passurus
tamquam humilis. tamquam moriturus. tamquam
nos suo sanguine redempturus, Non tamquam
ille qui est in principio uerbum et uerbum apud dm.
Nam cum illi lapides tulerunt ut mitterent in eum
quid magnum erat ut eos continuo dehiscens terra
sorberet. et pro lapidibus inferos inuenirent. Non
erat magnum dō sed magis erat commendanda
patientia. quam exercenda potentia. Abscondit
se ergo ab eis ne lapidaretur tamquam homo a la
pidibus fugit. seduce illis a quorum lapideis cordibus
Cum esuriret saluator uidit ficum a longe fugit
ge et uenit querens fructum in ea et non inuenit
et maledixit ei dicens, Iam amplius in aeternum
nullus ex te fructum manducet. et statim aruit.
Unde miror quur ei maledixisset uel quae culpa
illius fuit quod tunc non habebat fructum cum

minime tunc tempus erat ficorum. sic euangelista non
erat non enim erat illius pomi tempus. Aut quasi
nesciret quod tunc non erat tempus ficorum quando
quaesiuit in arbore ficus.

Quia enim dicit xpm propter ea tantum mi
raculae fecisse ut non essent nisi miraculae. potest
illum dicere et iam nescisse quod non erat tempus
pomorum quando ficus quaesiuit in arbore,
Quando fieri potest ut xpr nesciret quod rusticus
agricola sciebat. quod nouerat arboris cultor.
non nouerat arboris creator. Cum ergo esuriens
poma quaesiuit in arbore significauit se aliquid
aliud esurire et aliud aliquid querere et arborem
illam sine fructo foliis plenam reperit et maledixit
et aruit quid ergo sicut interrogaueris quae ue culpa
arboris infecunditas fuit. Sunt namque nonnulli
qui fructum uoluntate dare possunt illorum est
culpa esterilitas quorum fecunditas est uolun
tas, Erant ergo iudei habentes uerba legis et fac
ta non habentes plenifoliis et fructum non haben
tes neque ferentes, eucherius

Cum dicat saluator tyrum et sidonem penitentiam
agere potuisse si in eis diuinarum apparuissent sig
na uirtutum et propter ea illic facta non sunt quae
salutem fuissent credentibus, ad laturam qui ad nos
ac saluator pro diuina dispensatione non ue
nerat nisi ad oues quae perierant domus israel.

& quid est quod non uenerat nisi ad oues quae peri
erant domus israhel.

M Quia inter reliquas usq; quaeq; nationes spe&cia
lis unus israel dm coluit, Atq; ut ita dixerim, peculia
ris quandam di populus fuit ob meritae abrahae
ac patriarcharum, uel dauid quib; xpus proprie re
promissus atq; ex eorum stirpe descendens in ipsam
carnem in qua terris apparuit adsumpsit. Sed tm
quia uirtutes postea & ingentibus facte sunt, ita
hoc testimonium intellegi potest ubi dicit, Non
ueni, nisi subaudiatur illo prius, ut sic & testimonii
ueritas & misericordia dei in uniuersos promptio
magis clareat.

A Quid sibi uult quod legitur in lucio. factum est sab
bato secundo primo cum transirent per sata uelle
bant discipuli eius spicas & manducabant con
fri gentes manibus,

M Quidam hoc loco diem dominicum ita appella
tum existimant eo quod uideatur secundae ab illa
legali obseruatione sabbati & primus sit euangeli
cae gratiae celebritate. Sic uiatutem hoc minus
facere uidetur quod diem ipsum magis sabbati esse
contendat quia scriptum sit de eo, Qui facitis quod
non licet in sabbatis. Potest fortitan & ipse nihil
ominus dies sabbati ita ex hoc intellegi ut nunc
obseruatione iudaicae secundus sit. qui primus quon
dam fuerit obseruatione iudaicae. Rectissime

enim dies primus, dies dominicus deputatur,

ARURSUS in eodem libro dicit. Erunt enim ex hoc
quinque in domo una diuisi. Tres in duo & duo in tres
diuidentur. Pater in filium, & filius in patrem suum,
Mater in filiam. & filia in matrem. Socrus in nouam suam
& nouus in socrum suam, Quid est quod cum superius quinque uidea-
tur proposuisse personas sex in subsequentibus numerentur,

MRES tamen procul dubio cum personarum significatio-
ne subiecerit, mater & socrus eadem intellegi potest
quae per filiam & nouum duobus sit compellatae nominibus
Ac proinde & subsequenter quinus uideri potest numerus.

AIN parabula lazari & diuitis aliquante personarum
questiones incurrunt ut quomodo in tormentis sit
diues ante iudicium, Aut quomodo digitum lazari
dicat numquid corpora apud inferos sunt aut ut ipse
aquam desideret nunquid sitim corporis sentiebat edissere,

MHaec omnia secundum eos affectus loquitur.
quos aliquando pro necessitate corporis gesserat.
Ceterum ille ante iudicium tormentorum sensus quasi
pro loco custodie in quo erat accipiendum est.
Reis quippe ipsa custodia & iam ante iudicium non
absque tormentis. In hoc quoque quod apud infernum
abraham uidit haec & subesse aquibusdam ratio
putatur, Quod omnes & iam sancti ante aduentum domini
ihesu xpi ad infernalia & in refrigerii locum descendere
dicuntur. Alii opinantur locum illum in quo abraham
erat. ab illis inferni locis in superioribus constitutum,

Propter quod dicit dns de illo diuite. Eleuans oculos suos cum esset in tormentis. uidit abraham a longe sinumq; ipsius abrahae designari illius relegionis qui est.

A Quomodo istud accipiendum est. Regnum dei intra uos est. In uno quoq; per bonorum malorumq; actuum discrepantia aut dr regnat aut diabulus. Quia necesse est ut cuius uoluntatem procurat opere eius imperio uideatur esse subiectus, Itaq; si iustis sunt quidam dr in his regnare dicendus est. Diabulus in iustis. Potest et fides regnum dei dici quia itur ad regnum quantumq; iustus uiuit. et per quam xpus habitat in cordibus sanctorum suorum.

A Qua dragintia et sex anni ad firmantibus iudaeis secundum euangelium iohannis in edificatione templi quod ostenduntur impleti.

M Salomonem quippe septem tantum annis domum dni edificasse satis constat scripturae et hoc dicente edificauitq; eam annis septem, XL, et uiciero anni in templi restauratione ponuntur quae habita est in diebus hesdre post subuersionem hierusolime captiuitatemq; iudeorum, Porro ipsa reparatio ex edificandi templi diu tractatae uicinis in circuitu nationibus opus ad si duae infestatione prohibentibus,

A Omne peccatum quod fecerit homo remittetur ei. qui autem blasphemauerit in spm scm non remittetur ei neq; in hoc sclo neq; in futuro quid hic sentiendum est

h

M Puto quod ad eundem sensum redeat quem iohannes
in epistula sua profert esse pro quo non debeat orare
peccatum usque ad mortem, Utique usque ad mortem
peccat ille peccator. qui in huius temporalis uitae
cursu penitentiam non agit. Hac ratione illud
quoque oportet intellegi. qui autem blasphemauerit in spiritum
sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro.
Blasphemat enim qui diuinis promissis spiritui sancto mi
nime credens. in quo est remissio peccatorum. recon
ciliare deo. in hac uita peccatis factionis operam
deriuat. Non mihi uidetur maior esse posse blas
phemia quam si quis ita se ipsum disperet ut non cre
dat quod spiritus sanctus qui dicitur est possit illi dimittere quod
deliquit exemplum ac intenens qui dixit. maior est
iniquitas mea quam ut dimittar. Noluit que ueniam
deprecare sed peccatis peccatum congeminans.
Iuxta paculum thesaurizat sibi quicumque ille est. iram
in die ire, Sunt qui non credunt quod dicitur filium habet
et in hoc uidentur blasphemare spiritum sanctum. Quod om
ni non remittitur neque in hoc seculo neque in futuro,
A Si in diuitiis me respondere uis praeceptor obti
me indica mihi quid sibi uellit quod saluator ait.
Orate ne fiat fuga uestra hieme uel sabbato
M Hic secundum historiam intellegendus est,
Ne fiat fuga uestra hieme id est ne tribulatio
fuge temporalis accumuletur iniuriae. Ne fiat
fuga uestra sabbato. ne eo utique die qua ratione abile

habere. requiem uacationemq: consuestis. Atuero
secundum intellectum superiorem hieme uel sabbato ac
cipi potest ne nos fugia illa comprehendat aut peccatis
colligentes cautacionis operibus oriantes. & iterum alibi.
Oriate ne tunc incipiatis peccata uestra fugire quan
do iam non licet ambulare AG INCONCORDIA
DAMIN dico uobis sunt quidam de hic stantib; qui non
gustabunt mortem donec uideant filium hominis ue
nientem in regno suo. & post sex dies adsumpsit ihs
petrum & iacobum & iohannem fratrem eius & duxit
illos in montem excelsum seorsum & transfiguratus
est ante eos. Haec ita secundum matheum & mar
cum dicta sunt, Lucas autem ait. Post dies octo ascendisse
ihm in montem. quod non equaliter aequib; diem dic
tum esse arbitratur ideo suggerit ut exponas, AGUST
MHAEC uisio dni in monte coram tribus discipulis
petro iacobo & iohanne facta est. Quod cum matthe
eus & marcus post sex dies factum dicunt & lucas
post viij. Non contemnendi sunt sed ratione red
dita instruendi. si aliqui de hoc mouentur, Matheus
enim & marcus excepto eo die quo hec loquebatur
ihs & illo quo exhibuit memoriam in monte uisionem
medios dies intuentes dixerunt post sex dies. Quod ille
ad numeratis fine alibi idest primo atq: ultimo dixe
rat post octo dies. eo loquendi modo quo pars pro
toto memoratur AGUSTINUS
DMARCUS euangelista dicit demonia cognouisse

& professa esse ihm. e contra apostolus principes
& potestates huius seculi negat diuinitatem cog
nouisse dni ihu, Dicit enim inter cetera marcus.
sciebant enim ipsum esse. Apostolus uero quem nemo prin
cipum inquit huius seculi cognouit, Si enim cogno
uissent numquam dnm gloriae crucifixissent; Si
demonia sciebant quomodo principes ignorabant.
Ad quib; dam uidetur principes huius seculi maiores
iudeorum significasse quasi iuxta utpote ut apostolus
dixit, Scio enim fr quia per ignorantiam
fecistis hoc malum sicut & principes uestri.
Gesto iudaeorum erant principes n
tamen huius seculi principes ait uestri
non seculi, Quippe cum dixissent
regem ac se habere ce sarem sub cuius
fuerant redacti potestate, Sunt autem
isti hii principes quos aliquando significauit
apostulus dicens, Non est nobis conluctatio aduer
sus carnem & sanguinem sed aduersus principatus &
potestates aduersus mundi rectores tenebrarum
harum contra spiritalia nequitiae in celestibus,
Recte ergo queritur, Si enim isti non cognouerunt ihm
quomodo poterat fieri ut demonia cognoscerent
eum. Sed aliud est quod non cognouisse in xpo de
mones dicit. & aliud quod principes huius seculi ne
gat cognouisse, Nam demonia sciebant quidem
ipsum esse sed qui per legem fuerat promissus,

Omnia enim signa uidebant in eo quae dixerunt
futura prophetae & quod ex semine dauid de uir
gine uenturus esset redemptor israel. Misterium autem
diuinitatis eius ignorabant sicut & principes eorum
Deniq: quaerit captiose dicabulus a saluatore dicens,
Si tu es filius dei & reliqua, Uidens enim aliquando
diuinam uirtutem, aliquando hominis infirmitatem
ambigens quid uerum esset torquebatur, Concordant
igitur scripturae secundum ea quae reuelata sunt
impossibile esse discordare unius spiritus uiros,
Legitur in euangelio iohannis quod cum
negasset se saluator ascendere ad diem
festum, ascendit hoc inconstantis esse
uidetur,
Semper breuiatae propositionem sensum
occultas, Nam hoc quod in questionem uo
cas tunc factum est quando in galilea positus
propter tumultum iudaeorum a fratribus suis adhuc
non credentibus sibi, compellebatur ascendere
in iudeam quia futurus erat dies festus iudaeorum
ut seditionem praeteretur, Ipse autem respondit eis,
Uos ascendite ad diem festum quia mundus uos non
odit, me autem odit, quoniam arguo opera eius, Ego non
ascendam ad diem festum hunc quia tempus meum
nondum impletum est, Tunc fratres eius ascenderunt
ad diem festum, ihesus uero mansit in galilea, postea
autem ascendit ad diem festum & ipse,

Quid tibi uidetur contrarium, quando tunc non ascendit quando negauit, sed ascendit postea. Et ascendit non quasi ad diem festum sed quasi ad litem, Illi enim omnes et ascenderunt quasi ad perfruendas dilitias diei festi. Certum est enim quia non ascendit ad diem festum, saluatoris autem ille fuit dies festus quo passione sua redemit mundum, Denique dicit. Nunc clarificatus est filius hominis, et deus clarificatus est in eo, Hic dies festus eius est quo uicit mortem,

A Quid est quod legitur, Cum audieritis abominationem desolationis stantem ubi non debet qui legit intellegat, HIERONIMUS

M Legimus ergo in danihele hoc modo et in dimidio ebdomadis auferetur sacrificium et libamina et in templo abominatio desolationum erit et ceteris. Hoc de antichristo dicitur, Sicut ait apostolus quod eleuandus sit contra omne quod dicitur deus aut quod colitur, ita ut audeat stare in templo dei. et ostendere quod ipse sit deus. Siue de imagine cesaris quod pilatus posuit in templum dei uel alia quam plurima,

A Surgit enim gens contra gentem et regnum aduersus regnum. et terremotus magni erunt per loca. pestilentie et fames. terroresque de caelo et signa magna erunt et cum uideritis hec fieri scitote quia prope est dies domini Quibus e contrario dicit, Sic enim in diebus noe ita in aduentu erit filio hominis, Quaeritur ergo quomodo cum scriptum sit. Surget gens in gentem et nunc ea futura. HIER

quae pacis indicia sunt memorantur,

Mat autem a postulis quod pugnas & dissensiones
pestilentiae fames & terremotus & caeteris quib;
uastatur humanum genus breuis subsecuta sit pax &
tunc sperent iudicem esse uenturum. Hoc enim & in paulo
legimus quando dixerint pax & securitas tunc repen
tinus eis superueniet interitus,

Ad Saluator dicit. Uos ascendite ad diem festum hunc
ego non ascendam ad diem festum istum, Et quid
postea scribitur de eo, Ut autem ascenderunt fratres eius
tunc & ipse ascendit ad diem festum,

Mu Veritas mendacium loqui non potest atque idcirco non
aliud ihesu factum est quam quod se pronuntiauerat
esse facturum, Scenophegia enim solemnitas iudaeorum
non unum diem sed plures dies solemnitate complec
titur sicut & pascha festiuitas. Ergo qui ad dixerat
Non ascendo ad diem festum hunc. utique ad diem festum
ipsum sicut praedixerat non ascendit, Nam &
sequitur in euangelio, Haec cum dixisset ipse hoc est
saluator. mansit in galilea, Ut intellegamus in ea
quidem solemnitate non tamen eundem diem fuisse
de quo postea scribitur, Ut cum ascenderunt fratres eius tunc & ip
se ascendit ad diem festum, Potest & figurate intelli
gi hic est dies festus ad quem saluator se non ascensurum
esse professus est ut ipse mutandam festiuitatem doceret

Ad Sepe in scripturis dicitur confitebor eucharis
tibi domine qualiter hoc intellegendum est.

M Non semper penitentiam uid & ur significare
confessio. nam confitebor interdum ponitur pro laudabo
vel pro gratias ago uel pro glorificabo dnm hoc
statim quisq: capax facile cadu & tur utrum laudem
an confessionem significet,

A Quid est ut iudaeis discipulis accusantib; eo quod
sabbatum uiolarent spicas manibus confrigentes
& comedentes? saluator exemplum dauid proferret
quia manducabat panes quos non licebat
manducare nisi solis sacerdotib; per quod non uidentur
excusari sed simul cum dd reiferi quippe cum
nec sabbatis hoc faceret dauid,

M Saluator hypocris in iudeorum multis uultexemplis
arguere maiora ostendens admissa in lege
& nullum ausum fuisse repugnare? ut non solum semel
& iterum sabbatum in lege uiolatum monstraret? uerum
& iam sacerdotalem panem? ipso sacerdote concedente
presumptum inlicite & quod maius est a sublimitate
uiris, Primus enim ihs naue diuino pcepto sabbatum
non seruauit. Quo facto muri hiericho ultra ceciderunt
quantum profuit sabbatum non custodisse sed fidem,
Et machabei cum prius cesi fuissent sabbatis dominicae
uerunt & de hostib; triumphauerunt, Et sacerdotes
ut dominicis cerimoniis deseruirent in templo sabbatum
contempnebant, Dauid autem iam unctus in regem
postquam di uirtute interfectum armis spoliauit allo
philum, Intinere positus necessitate famis passus

a sacerdote panem accepit quem non illi licebat mandu
care excepta necessitate. Licitum autem erat si neces
sitas exigisset, Denique sacerdos uidens necessitatem
non negauit, Et dauid a deo electus sine cunctatione
accepit, Talis causa est et sabbati. quare et circum
cidi in sabbato non prohibetur. Hae enim quae per ca
losa non sunt sic seruanda mandata sunt ut non ob
sit si ex necessitate fuerint admissa. quia non ad
salutem sed ad reuerentiam mandata sunt.
Illud autem quod omnino non licet semper non licet nec alij
quae necessitate mitigatur ut admissum non obsit
Est enim semper in licitum quod legibus quia criminosum est
prohibetur. Superiora autem illa quae diximus. alij
quando licerent, Alia sunt quae licet ieiunia legitima
quae in necessitate soluta non faciunt reos sisto
machi fuerit causa aut infirmitas febrium,
Haec igitur scientes dolosi iudaei discipulos accusa
bant quasi sabbatum uiolarent sicut supra dictum est
Saluator autem noluit eos de tempore implere
legis prae iudicare ne plus ad insaniam prosilirent
sed de praeterito unde sabbatum uindicandum
magis putabant calumniosos illos ostendit. et
non solum in sabbati causa sed et in sacerdotali
pane confusi sunt sicut supra ostensum est. Inde contra
Amat theus dicit. Accessit ad ihesum centurio rogans
eum ut ueniret et saluaret seruum eius. Cui repug
nare uidetur quod ait lucas. Et cum audisset de ihesu

misit ad eum seniores iudaeorum pro ipso puero ro
gaturos quam rem obsecro ut solvas,

Non ergo ab surdo matheus &c. quod vulgo pos
sit intellegi per alios factum accessum centurionis.
ad dnm conpendio dicere voluit accessit ad eum centurio.
Verum tamen non negligenter intuenda est &c. iam sci
evangelistae altitudo mistice locutionis, secundum quod
scriptum est in psalmo, Accedite ad eum & inlumina
mini, Proinde quia fidem centurionis quare accedit
ad ihm. ita laudavit ut diceret. Non inveni tantam
fidem in israel, ipsum potius accessisse ad xpm dicere
voluit prudens evangelista quam illos per quos verba
sua miserat. Porro cum lucas ideo totum quem ad mo
dum gestum est aperuit ut ex hoc intellegere cogere
mur quem ad modum eum accessisse dixerit alius
qui mentire non potuit, Sic enim & illa mulier que
fluxum sanguinis patiebatur quamvis fimbriam
vestimenti ihu tenuerit magistrum tetigit dnm
quam ille turbae a quibus premebatur. Ut enim hec
quo magis credidit eo magis tetigit dnm. ita centu
rio quo magis credidit eos magis accessit ad dnm
Iam cetera in hoc capitulo quo dialter dicit & alter
praeter mittit. superflua infideles pertractantur.
Cum ex illa regula primitus commendata nihil in
veniantur habere contrarium. In hac questione ut ait

Dns certe inimicos nos diabulo esse praecepit quid
ergo est ut in evangelio dicat esto consentiens

aduersario tuo cito dum es in uia cum eo. qui est
aduersarius hominis nisi diabulus.

M Nulli dubium est diabulum esse hominis inimicum maxi
me fidelis, Uehementiora enim tela sua contra adi
seruos exacuit. Sicut ergo bonorum iste est inimicus.
ita et lex malis aduersa est. Qui enim contemnentis e
non aduersetur, dns enim peccatorem adloquitur ut con
sentiat mandatis quia eillum inobedientem condemnat
ut subiciat se uoluntati eorum et fiat ex inimico amicus
quia et contemptor legis inimicus est eius, Uoluntati
enim eius resistit. Ideoq: ostatur dnus peccatorem ut bene
agendo reconcilie sibi legem ne in die iudicii accuset et am
apud iudicem. et condemnatur poenas de spreto legis,
Omni et enim qui uult male agere disciplina dominica ini
mica uidetur. cui nisi consenserit mittetur in gehen
nam diabulo qui uere inimicus est humani generis preparata.

A Quib: modis tollere debemus crucem et sequi xpm.

M Duob; quippe modis crux tollitur cum aut abstinentiam
afficitur. uel adfligitur corpus aut per compassionem proximi
affligitur animus. Quia sic est adhibenda correctio
ut sit salua dilectio, AGUSTINUS M

A Mouit lectoris animum qd in euangelio dicitur. Ne
mo ascendit in celum nisi qui de celo descendit filius
hominis qui est in celo. quia alibi ipsa ueritas dicit
pater uolo ut ubi ego sum et isti sint mecum. quia in uer
bis suis qmd interesse non discrepent aperire nabnus posco.

M Omnes enim nos qui in fide eius natisumus. eius procul dubio

corpus exsistim⁹. quia igitur miri a dispensatione pietatis membrorum suorum dn̄s caput est factus repulsio reproborum multitudine unde solus uenit uere illuc rediit. Et iam in nobis qui in caelo semper est. ad caelum cottidie ascendit. quia qui in diuinitate sua omnino permanet humanitatis suae conpagem per se cottidie ad caelos trahit. Sicut in se promisit discipulis suis. Ecce inquit ego uobiscum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Sed ubi praecessit. caput sequentur et membra. AGUSTINUS

Quid est quod intercedere mercurius dicit de xpo intrans inquit domum neminem uoluit scire et non potuit latere. si ergo uoluit et non potuit. infirmatio uoluntatis eius uidetur.

Impossibile prorsus est ut sic luctori uoluntas non impleatur, Nec potest uelle quod scit fieri non debere. Hoc uoluisse dicendus est. Nam uoluntas eius numquam extra naturam eius est, Sic ergo natura eius numquam in reprehensionem cadit. ita nec uoluntas. Nam quod propositum est factum legitur in finibus tyri. Tunc intrauit in domum et neminem uoluit scire, Nunc requiris quomodo uel quare neminem uoluit scire. Animaduertendum est enim. quia istud gestum in finibus gentilium quibus tempus praedicandi non erat, Deniq: mittens discipulos suos praecepit dicens. In uia gentium ne abieritis et in ciuitates samaritanorum ne intraueritis. sed potius ite ad oues quae perierunt domus israel. Idcirco uoluit se prodi quodam et in domo. Requiri autem se noluit. sed libenter coccepit;

Quae uis enim tempus non esset predicandi gentilibus, ultra tamen
uenientes ad fidem non inuiderat. Sic factum est ut
saluator dum a discipulis proditus non esset a bacchis tamen
qui eum ingredientem uiderant proditus est, et coepit
scire quod esset in domo. Requiri autem se uoluit et ita factum est.
Non enim latuit a bacchis demonstratus quod esset in domo. De
nique mulier cananea audiens de illo intrauit ad eum de
precans ut expelleret domonium a filia eius. Quae nisi
prius subiecisset sedo iudaeorum beneficium consecuta
non esset. Impleta igitur uoluntas saluatoris est secundum
quae explanauimus. Ea enim quae conpendio breuita
tis studens euangelista conplexus est, discutientes
inuenimus quod latebat.

Si proprio arbitrio uiuimus quare saluator dixit:
Nemo uenit ad me nisi pater qui misit me adtraxe
rit eum, his consentiens apostolus dicit: Neque uo
lentis neque currentis sed miserentis est dei. Cui ergo uult
miseretur et quem uult induratur, quomodo uoluntas
arbitrium liberum est quando alterius nutu aut bonum
ducimur aut ad malum.

Aliter causae habet quam propositum est. Non enim
hic huius questionis sensus est quem obtendis, Nam
nullo genere ex his liberi arbitrii poterit causa tribuere.
Quia si penitus sensum dictorum aduertas, scias hinc ma
gis liberi arbitrii firmari sententiam; haec enim con
tra malivolus iudeos prolata sunt. Cum enim dolo
simulationis oste ex inuidia ioseph proprium et filios

eius fratres ad serenz ee saluatoris ne dicere filius crede
rer. Tunc saluator ait. Nemo uenit ad me nisi pater
qui misit me adtraxerit eum. Quomodo autem adtra
hebat pater ad filium nisi per opera quae faciebat
per illum. Sic enim ipse filius dicit. Pater manens in me
ipse facit opera. Ita ut haec opera eos adtraherent
ad fidem xpi. Uirtutes enim quas faciebat saluator
ipse suadebant dm ee patrem xpi. ut qui aliu habere
illum diceret non adtraheretur ad do ad xpm. Ideo
ergo dr operabatur per xpm. ut uerbis ei fides commoda
retur quibus dicebat se per filium dei, haec ee adtractio
non uiolentia sed testimonium dei in xpo. Cui qui cre
dit adtractus dicitur ad do ad xpm. Nemo enim saluator
credit nisi qui patrem illius proprium dicit dm. Nam
apostolus non ut arbitrium pulsaret hoc factus est
quod in questionem redigisti. sed ut iudicium dei retrac
tare prohiberet haec dixit iustum praedicans dm.
Scit enim cuius debeat miseren. Cordis acu inspector p
uidit postulantis mentem an mereatur accipere.
Denique dicit propheta. Plebs haec labiis me honorat.
cor autem eorum longe est a me. Nam simulatoris
animum iustum est ut obduret. Qui enim per errorem uerum
uocat falsum sed per mali uolentiam. ut intelligens bonu
fingat se nescire quia bonum est ut conuertat. illud in
malum, hoc utique debet illi prestari ut uere non intelle
gat bonum ne saluetur quod non uult. Nec enim iustu
est ut inuitus saluetur qui non per ignorantiam salute

spernit sed p malitiam & inuidiam, Hi sigitur confir
matur magis lib. & arbitrium quam distruitur, ut uni cuiq;
prouoto suo respondeatur,

A Quid est quod legitur. qui enim habet dabitur ei &
habundabit. qui uero non habet & hoc quod uidetur
habere auferet ut habeo. Eucherius

M Uir bi gratia si fidem habens caritatem non habeat
& iam ipsa fide careat quam solam habere uidebatur.
Sicut iudaei per sacram scripturam non intellegentes xpm
& iam quam se putabant habere dei notitiam perdiderunt.
& filium non habentes & iam patrem non habent.

A Iustis promittitur regnum caelorum. & quomodo hic dicit
quoniam ipsi possidebunt terram

M Quia nouum caelum & noua terra in futuro repromit
titur iustis ut tunc cum deo sint angeli utrumq; possideant.

A In euangelio dicitur iugum enim meum suaue est & onus meum
leue. & quod legitur in psalmo. propter uerba la
biorum tuorum ego custodiui uias duras.

M Et quidem manifestum est. quia omnes qui uolunt pie uiuere
in xpo ihu persecutionem patiuntur. Sed tamen diligentibus
quia sunt duria in presente uita. efficiuntur leuia in spe futu
rorum

A Quid distat inter querite petite & pulsate.

M Petimus orando querimus disputando pulsamus
ero gando, Eucherius

A Quomodo intellegendum est quod saluator dicit.
Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur
quia mendax est & pater eius.

M Supra dixerat dn̄s ad iudaeos, Si d̄s pater uester
esset dilegeritis utiq: me & posteac. Uos ex patre diabulo
estis & desideria patris uestri uultis facere. Illa homici
da erat. ab initio & in ueritate non stetit quia non est
ueritas in eo, Cum loquitur mendacium. Hic sub audien
dum est unicuiq: nostrum ex propriis loquitur quia men
dax est & pater eius id est diabulus. Sed quia tunc disputant
cum loquitur mendacium id est diabulus de propriis loqui
tur. quia mendax est & pater eius hoc est mendacii
ipsius pater est. Quia ab ipso uidetur ex ostum esse mendacium.
Ut sicut d̄s filium genuit ueritatis. ita & diabulus filium
genuit falsitatis.

A Dicitur in euangelio. Scimus quia peccatores d̄s non audit.
Et quomodo celio loco saluator dicit. Omnis qui petit accepit.

M Sunt qui ex hoc ita sentiunt. Ille inquiunt. qui dixit peccato
res non exaudiri cecus erat & plenus adhuc. qsi infusus
collyrio uidere non poterat ueritatem. Certum est autem
diuinae misericordiae aurem patere pulsantibus; Potest
& hac ratione intellegi. Quod d̄s non exaudiat peccato
res. ut etiam si exaudiantur ad impetrandam propriam
salutem. non exaudiantur insignis.

A Dn̄s & saluator qui dest quod in euangelio ioh dicit.
In iudicium ego in hunc mundum ueni ut qui non uident
uideant & qui uident caeci fiant expone.

M Non minima questio sed nos breuiter pro necessitate
quid hinc doctorum opinio habeat proferamus. Ueni ut
qui non uident uideant. & qui uident caeci fiant,

Idest ut qui se non uidere confitentur & medicum quaerunt
uideant, hi uero qui se putant uidere & medicum non
requirunt in suae caecitate permaneant. Itaque in hoc iudi
cium uenisse se dixit quod discernere & causa credentium
& incredulorum. Ergo ut qui non uident uideant.
Potest intellegere de gentilibus qui uisuri erant per fidem.
Et qui uident caecificant, accipi de iudeis potest qui ce
cabantur per propriam infidelitatem.
A Quid accipiendum est illud quod dicitur. Abrahae
pater uester exultauit ut uideret diem meum, uidit
M Prophetae uidentes appellabantur. & gauisus est
ideo quod sancti spiritus munere eiusque caeteris erant
causa quasi conscii futurorum uidebant inter quos &
abraham xpm uidit in spu.
A Qualiter illud accipiendum est quod scribitur non enim
ad mensuram dat dr spm.
M Hoc quidem de filio proprie intellegendum est quia
homines dum alii aliis plus minus ue. accipiunt utique
ad mensuram spm accipere uidentur, iuxta illud
apostoli. Habentes donationes secundum gratiam
quae data est nobis differentes siue prophetiae secun
dum mensuram fidei & caeteris. Xpo uero unigeni
to suo cui & ita dat, non est spiritus ad mensuram datus
quia in eo est omnis plenitudo diuinitatis.
A Quomodo sentiendum est de loco illo in quo. de ihu
xpo scaluato ren nro scribitur, nemo misit in eum ans
quia nondum ueneriat hora eius.

Hora haec non secundum mathematicos intellegen
da est sed potius hora illa qua ipse crucifigi qua ipse pati
uellit. Et ideo nondum uenerat hora eius quia nondum
uniuersa perfecerat quia nondum cuncta propositae
operationis impleuerat propter quod homines terrarumque uisita
uerat. Accipe nunc Kmeni flores capitum diuinorum
quos si intento animo cum summo amore meditaueris
aperiet ut tibi ostium magnum quo celsa conspicere
ima. quibus penetrare secreta uel obscura ablato
caligine clare et perlucide dono pollicente poteris pleni
us cognoscere

INCIPIT DE PASSIONE

Mattheus enim refert dixisse ihm. Scitis quia
post biduum pascha fiet. et filius hominis tradetur
ut crucificatur. Johannis uero ait post sex dies futurum
pascha eandem remnarraturus. unde quaeso insinua
quomodo inter se concordent.

Quomodo secundum illos duos dies post biduum futurum
erat pascha cum postea quam id dixerunt inueniantur
cum iohanne in bethania illud de unguento quod ipse
narrantes. Sed qui ita mouentur non intellegunt mat
theum et marcum illud quod in bethania de unguento
factum est recapitulando posuisse non post illam de
biduo praedicationem suam sed ante iam factum
cum adhuc sex dies essent ad pascha. Non enim quis
quam eorum cum dixisset post biduum futurum pascha
sic adiunxit de illo facto in bethania ut diceret.
Post haec cum esset bethaniae et mattheus quidem.

Cum esset ihs in bethania quodutiq: intellegitur et ante
quam illa dicerentur quae ante biduum paschae fac
ta sunt. ex illo ergo die quo uenit in bethaniam atq:
illud quod de unguento factum est usq: in diem quo haec
facta et dicta sunt intellegimus euangelistis et iam non
commemorantibus consumptum esse quadriduum ut
occurreret dies quem ante biduum paschae duo defi
nierunt hoc de isto sufficiat. HIERONIMUS

A Quid est ergo? prima autem azymorum accesserunt dis
cipuli ad ihm dicentes ubi uis paremus tibi comedere pasch

M Prima azimorum quattuordecim dies mensis primi
sunt quando agnus immolatur et luna plenissima est
et fermentum abicitur. Discipuli uero qui accesserunt
iudam fuisse estimo proditorem.

A Prima autem azymorum accessit ad ihm mulier habens
alabastrum unguenti nardi pistici pretiosi. et effundit
super caput ipsius recumbentis. Num quid non ipsa est
quae super caput fudit quae et super pedes.

M Non illa enim lacrimis lauit et crine tergit et mani
feste meretrix appellatur. De hac autem quae super caput
fudit nihil tale scriptum est. Nec enim poterit statim
meretrix capitis dni digna fieri.

A Ait ihs qui intingit manum mecum in paropside hic
me tradet quod scire poterat quia omnes cum illo manum mittebant

M Sciri poterat qui addixit ihs qui mecum intingit et eum con
tristatum cito manum retrahentes proditor perseuerat
in malum et iam manum cum magistro mittit in paropsi
de.

A Qua re iudeos signum dedit dicens quem osculatus fuero ipse est tenete eum,

M Quia miser putabat signa quae uiderat magistrum facientem non uirtute diuina sed magicis artibus factis & quia eum audierat in monte transfiguratum timebat ne simili transformatione elaberetur manibus ministrorum.

A Quomodo sibi conuenit pilatum lauasse manus innocens ait ego sum a sanguine iusti huius & post ea flagellatum tradidisse ihm ut crucifigeretur.

M Romanis legibus obtemperabat sanxum est ut qui crucifigitur prius flagellis uerberetur.

A Quur euangelista hieremiam dixisse refert de xxx argenteis cum in sua prophetia hoc testimonium minime repperiatur.

M Si quis mouetur quod hoc non inuenitur testimonium in scriptura hieremie prophete & ideo putat fidei euangelistae aliquid derogandum, Primo nouerit non omnes codices euangeliorum habere quod per hieremiam dictum sit sed tantummodo prophetiam, Possumus ergo dicere his codicibus potius esse credendum qui hieremie nomen non habent. Dictum enim hoc per prophetiam sed zachariam unde putatur iste codix mendosus qui habet nomen hieremiae quia uel zachariae habere debuit nullius sic quidem sed tamen per prophetiam dicentem quiutique intellegitur zachariae sed utatur defensionem cui placet.

mihi autem cur non placeat hac causa est. Quia
plures codices habent hieremiae nomen & qui diligen
tius in grecis exemplaribus euangelium consideraue
runt in antiquioribus grecis ita se perhibent inuenisse.
Est alia causa quae mihi alio tempore diligentius per
tractanda est ne amplius sermonem protendam
quam huius operis terminandi necessitas flagitat.
Cur hoc nomen hieremiae in testimonium zacharie sic
manerent. Permissum est enim uel potius sancti spiritus auctori
tate praeceptum, Est apud hieremiam quod emerit agrum
a filio fratris sui & dederit ei argentum non quidem
sub hoc nomine pretii quod positum est apud zacha
riam. Quod autem prophetiam de xxx argenteis
ad hoc interpretatus sit euangelista quomodo
de domino completum est ut hoc esset eius pretium manifes
tum est sed ad hoc pertenere etiam illud de agro emp
to quod hieremias dicit. Hinc potuit mystice signifi
care ut non zacharie nomen ponerentur. Qui dixit
de xxx argenteis sed hieremiae qui dixit de agro emp
to ut lecto euangelio atque inuento nomine hiere
miae lecto autem euangelio & non inuento testi
monio de xxx argenteis inuento tamen agro emp
to admoneatur lector utrique conferre & inde
sensum enucleare prophetiae quomodo pertenet
ad hoc quod in domino impletum est. Nam euan
gelium conscribentes pro zacharie hieremiae
nomen occurrit ut fieri solet quod tamen sine

ulla dubitatione emendare et saltem ab aliis admo
nitur qui pro adhuc in carne uiuente hoc legere potue
runt. Nisi cogitare et recordationis sue quae spiritu sancto re
gebatur non frustra occurrisse aliud pro aliud nomen
prophete. nisi quia dominus hoc ita scribi constituit. Cur
autem ita constituerit dominus primum illa causa uti
lissima debet facili me cogitari et iam sic insinuatum
esse. ita omnes sanctos prophetas uno spiritu locutos mirabili
inter se consensione constare ut hoc multo amplius
sit. quasi omnium omnia prophetarum uno unius hominis
ore dicerentur. Et ideo indubitanter accipi debere quae
cumque per eos spiritus sanctus dixit. et singula esse omnium et om
nia singulorum. Cum igitur et quae dicta sunt per hiere
miam tam sint zachariae quam hieremiae et quae
dicta sunt per zachariam tam sint hieremie quam zacha
riae. Admonendo constituerit ei dominus ad informandos
nos tantam uerborum suorum inter prophetas suos esse
concordiam ut non absurde immo congruentissime
et iam hieremiae deputaremus quod per zachariam scriptum
reperiremus. De prophetis namque sanctis intellegendum atque
maxi commendandum est. ut omnium libros tamquam
unius unum librum accipiamus in quo nulla rerum discrepan
tia credatur sicut et nulla inuenitur, et in quo maior est
constantia ueritatis quam si illa omnia unus homo
quamuis doctissimus loqueretur.

Exeuntes autem inuenerunt hominem. Cireneum
nomine simonem uenientem de uilla hunc angariauerunt

ut tolleret crucem ihu. quid est quod iohannis e contrario
ait. exeunte ihu de pretorio portabat crucem suam,

M Hoc intellegendum est quod exiens de pretorio portavit
crucem suam. & postea obuium habuerunt symonem
cui portandam crucem imposuerunt.

A Marcus euangelista narrat dnm horam tertiam cruci
fixum ioh. cum sexta. cui potius ex his duobus credendum est.

M Utrisq: omnimodis scias esse credendum. Igitur horam tertiam
clamauerunt pilato crucifige crucifige eum, Militer
autem horam sextam crucifixerunt. Igitur quia illis linguae
in manib; ne uiderentur iudaei non crucifigere dnm
ideo euangelista posuit horam tertiam quia tantum
illi occiderunt qui ministerium impleuerunt. sed & iam
illi qui clamauerunt. In eis completum est quod ait psal
mi graphus. Filii hominum dentes eorum arma & sagit
tae. & lingua eorum macheria acuta. Uides qualem
gaudium habuerunt. unde horam tertiam dnm occiderunt

A Quid est quod legitur dico uob non bibam de hoc gemine
uitis usq: in diem quo bibam illud uobiscum nouum
in regno patris mei.

M Regnum dei ut docti interpretantur ecclesia est in qua
cotidie bibit sanguinem suum xpr per scor suos tam
quam caput in membris suis. Aliter bibituris est laeti
tiae exultatione quae utiq: per uinum significatur
cum scis suis in regnum caelorum cum fuerit dns omnia in omnib;

A Quid accusatio est quod dicitur. A modo uidebitis filium
hominis sedentem a dextris uirtutis & uenientem in nubib

Caeli:

& alibi in nouissimo tantum die plangent se super eum omnes
tribus terre & tunc uidebunt filium hominis uenientem in
nubibus caeli cum potestate magna & maiestate.

M Quia in hoc primo corporis ecclesiae aduentus adnunciatur
per manifestationem claritatemque signorum. Illo uero alius
aduentus capitis idest ipsius xpi in illo aduentu per membra
sua xpus uenit in isto se ipsum sicut namque est solutum.

A Potest mouere quod de caiphae dictum legimus. Cum enim
pontifex anni illius cum dicitur unum constituerit summum
sacerdotem cui mortuo unus succederet,

M Intellegendum est enim per ambitiones interiudaeos
postea constitutum ut plures essent & per annos singulos
uicibus ministrarent. Nam de zacharia dicitur hoc. Factum
est autem cum sacerdotio fungeretur zacharias in or
dine uicis suae ante deum secundum consuetudinem sacer
dotii sorte exiit ut incensum poneret. Ingressus in templum dni.
Hinc apparet plures fuisse eos & uices suas habuisse. Nam
incensum non licebat ponere nisi summo sacerdoti & forte
& iam unum annum plures ministrabant quibus alio anno
alii succedebant ex quibus sorte exiebant quis ut incensum
po ne re. AGUSTINUS

A Quid quod prophetauit caiphas quia ihr moriturus erat
pro gente & non tantum pro gente sed ut filios dei quie
rant dispersi congregaret in unum,

M Hoc euangelista addidit. Nam caiphas de sola iu
daeorum gente prophetauit in qua erant oues de quibus
ait ipse dnus. Non sum missus nisi ad oues quae perierant

domus israel

Sed noverat euangelista esse alias oves quae erant
ex hoc ouili quas oportebat adducere et unum ouile et
unus pastor. Haec autem secundum praescientiam
et praedestinationem dicta sunt. Nam neque oves eius
neque filii dei adhuc erant quin dum crediderant, Augus

Ab illo ergo die ait euangelista. cogitauerunt ut interfi
cerent eum, Ihesus ergo iam non palam ambulabat
apud iudaeos. sed abiit in regionem iuxta desertum in
ciuitatem quae uocatur effrem. et ibi morabatur
cum discipulis quid hinc sentiendum est.

Sciendum magnopere est quia potentia eius non de
ficerat in quacumque si uellet et palam iudaei conuersa
retur. et nihil ei facerent, Sed in hominis infirmitate
uiuendi exemplum discipulis demonstrabat. In quo
apparet non esse peccatum. si fideles eius qui sunt membra
eius oculis persequentium se subtraherent et furorem scela
torum latendo potius deuitarent quam se offerendo
magis accenderent,

At ihesus clarificame pater apud te et ipsum claritate
quam habui priusquam mundus esset apud te, Venit
ergo uox de caelo dicens. et clarificaui. et iterum clarifi
cabo quomodo ista clarificatio accipienda est

Clarificaui namque antequam facerem mundum et
iterum clarificabo. cum resurget a mortuis. et ascen
det in caelum et aliter intellegi potest, Clarifica
ui cum de uirgine natus est. cum uirtutes operatus est
cum mortuos suscitauit. et iterum clarificabo. cum resur

gt et amostuis. cum mors ei ultra non dominabitur
cum exaltabitur super celos dr. et super omnem terram gloria dei.
Turba ergo quae stabat et audierat dicebat tonitruum
factum est, Alii dicebant angelus ei locutus est. Respon
dit ihr et dixit. Non propter me venit hac vox sed prop
ter vos. hic ostendit illa voce non sibi indicatum quod iam
sciebat. sed eis quibus indicari oportebat. Sicut ergo illa vox
non propter eum sed propter alios divinitate facta est.
sic anima eius non propter eum sed propter alios
voluntate turbata est AGUSTINUS

A DIX iterum ihr. nunc inquit iudicium mundi est de quo
ergo iudicio dixit. aut quid expectandum est

M Infinemque quod expectatur iudicium erit iudican
dorum vivorum et mortuorum. iudicium erit pre
miorum poenarumque aeternarum. Quale ergo iudicium
istud iam superioribus lectionibus quantum potui clari
tatem tuam instruxi. Dici etiam iudicium non damnati
onis sed discretionis undescriptum est. Iudica me dr
et discerne causam meam de gente non sancta, Multa autem sunt
iudicia dei. unde dicitur in psalmo iudicia tua domine sicut
abysus multa, Dicit etiam apostolus. O altitudo divitiarum
sapientiae et scientiae dei quam inscrutabilia sunt
iudicia eius. Ex quibus iudiciis etiam hoc est quod hic ait
dnr, Nunc iudicium est mundi servato illo in fine iudicio
ubi novissime vivi et mortui iudicandi sunt. possede
bat ergo diabolus humanum genus et reos sub pliciorum
tenebat chyrographo peccatorum dominabatur

in cordibus in infidelium ad creaturam colendam
de sexto creatore deceptos captiuosq: pertrahebat.
Per xpi autem fidem quae morte ei[us] & resurrectione fir
mata est per eius sanguinem qui in remissionem fusus est
peccatorum milia credentium a dominatu diabuli libe
rantur. xpi corpori copulantur & sub tanto capite uno eius
spu. fideliae eius membra uegitantur hoc uocabat iudiciu
hanc discretionem a suis redemptis diabuli expulsionem.
Deniq: ad tende quid dicat quasi quaererem[us] quid est quod ait
nunc iudicium est mundi ex secutus exposuit. Ait enim
nunc princeps huius mundi eiciatur foras. Audiuimus
quale dixerit iudicium non ergo illud quod in fine uentur
est ubi uiui & mortui iudicandi sunt. aliis ad dexteram
aliis ad sinistram separatis sed iudicium quo princeps
huius mundi eiciatur foras. AGUSTINUS

Ubi namq: inuendum quomodo intrat erat & quo eum dix
eiciendum foras. Nam numquid in mundo erat & ex
tra mundum missus est foras. Si enim de illo iudicio dice
ret quod in fine uentur est. possit aliquis opinari ut in ignem
mitteretur diabulus cum angelis eius. Et qui sunt ex par
te eius non natura seduitio. Non quia creauit aut ge
nuit. sed quia per sua sit ac tenuit. Possit ergo aliquis
opinari illum ignem aeternum extra mundum esse
& hoc esse dictum eiciatur foras. Qui auerdat. Nunc
iudicium est mundi. & exponens quid dixerit. Nunc
princeps huius mundi eiciatur foras, ubi apparet
quod nunc fit. non quod tanto p[ost] futurum est in nouissimo

die quod quaeso ut edisseras,

Praeuidebat ergo dn̄s quod sciebat post passionem
& glorificationem suam per uniuersum mundum multos
populos credituros in quorum cordib; diabolus intrs erat.
Cui quando ex fide renuntiant eiciuntur foras. Sed
dicit aliquis. Num quid de cordibus patriarcharum aut
prophetarum ueterumq: iustorum non est eiectus, foras eiec
tus plane quomodo ergo dictum est eiciuntur foras, Quid
putamus nisi quia tunc quod in hominibus paucissimis factum
est, Nunc in multis magnisq: populis iam mox futurum
esse predictum est. Sic illud quod supra diximus, Spiritus dn̄i
erat datus quia ihr nondum fuerat glorificatus: potest
similem habere questionem. & similem solutionem,
Non enim sine spiritu sancto futura pronuntiauerunt prophete.
Aut non & iam infantem dn̄m in spiritu sancto simeon senex
anna uiduae cognouerunt & zacharias & elisabeth
qui de illo nondum nato sed iam concepto tantae per
spiritum sanctum predixerunt. Sed spiritus nondum erat datus. id est illa
habundantia gratiae spiritalis quae congregati linguis
omnium loquerentur. Ac sic in linguis omnium gentium
futura pronuntiaretur ecclesia. quae gratiae spiritali populi
congregarentur qua longe lateq: peccata dimitterentur.
& milia milium deo reconciliarentur. Qui dergo ait quis
piam. quia diabolus de cordib; credentium eiciuntur foras.
Iam fidelium neminem temptat. Immo uero temptare
non cessat. sed aliud est intrinsecus regnare. aliud fo
rinsecus obpugnare, Quantas lib & enim aduersum nos

erigat machinas, quamdiu non tenet locum cordis ubi fi
des habitat, eiectus est foras, Sed nisi dominus custodierit ciui
tatem, in uanum uigilat qui custodit eam, Nullus ergo de
seipso presumat. si non uult foras eiectum diabulum intrare ite
rum reuocare, Absit autem ut diabulum mundi principem
ita dicam ut celo et terrae dominari posse credatur. Sed mundus
appellatur in malis hominibus qui toto terrarum orbe diffusi
sunt. si ergo dictus est princeps huius mundi id est princeps
malorum hominum qui habitant in mundo. Appellatur
etiam mundus in bonis, qui similiter toto terrarum orbe diffu
si sunt. Inde dicit apostolus. Deus erat in xpo mundum reconci
lians sibi. Hi sunt ex quorum cordibus princeps huius mundi
ei ciatur foras, AGUSTINUS

ACUM tanta ac tam signa fecisset coram eis ihesus non credebant
in eum ait euangelista, ut sermo esaie prophete imple
retur, Domine quis credidit auditui nostro et brachium domini cui re
uelatum est. Quidam enim inter se musitant et ubi possunt
aliquando proclamant et turbolenta discrepatione con
tendunt dicentes, quid fecerunt iudaei uel quae culpa eorum
fuit sine cessa erat ut sermo isaiae impleretur quae supra
diximus, et quae sequuntur euuangelii uerba plus urgent
et profundiorem faciunt questionem. Adiungit enim et
dicit. Propterea non poterant credere quia iterum dicit
isaias. Excecauit oculos eorum et induraui eorum cor,
ut non uideant oculis et corde intellegant et conuertantur
et sanem illos. Dicunt enim nobis. Si non potuerunt credere quod
peccatum est hominis non facientis quod non potest facere

re;

Si autem non credendo peccauerunt, potuerunt ergo credere. Et non fecerunt. Si autem potuerunt quid dicit euangelium. Propterea non poterant credere, quia iterum esaias, Excecauit oculos eorum et induraui eorum cor. Utquid est grauius ad dominum referatur causa quam credidere quando quidem ipse excecauit oculos et induraui eorum cor. Non enim hoc saltem de diabolo dicitur, sed de deo. Quid ipsa prophetica scriptura testatur. Nam si arbitremur hoc dictum de diabolo quod excecauit oculos eorum et cor induraui, laborandum est quomodo illorum culpam quia non crediderunt possumus ostendere, de quibus dicitur non poterant credere. Deinde quid respondebimus de alio prophete ipsius testimonio quod posuit apostolus paulus dicens. Quod querebat israel non est consecutus, electio autem consecuta est, ceteri uero excecati sunt sicut scriptum est. Dedit illis dominus spiritum conpunctionis oculos ut uiderent, aures ut audiant usque in hodiernum diem. Fecitque I

Respondere conpellimur, ad ea quae proposita sunt. Dominum prescium futurorum per prophetam predixisse. Infelicitatem iudaeorum predixisse, tamen non fecisse. Non enim propterea dicitur quemquam ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata iam nouit. Fecerunt ergo iudaei peccatum quod eos non conpulit cui peccatum non placet sed facturos esse predixit quem nihil latet. Et ideo si non malum sed bonum facere uoluissent non prohiberentur, et hoc facturi preuiderentur. Ab eo qui nouit quid sit quisque facturus, et quid ei sit pro eius opere reddituris. Non poterant credere quia hoc isaias prophetae predixit. Quia dicitur hoc

futurum esse prescivit. Quare autem non poterant sic me quera-
tur ait respondeo. quia nolebant. malam quippe eorum voluntatem
previdit dicitur et per prophetam prenunciavit ille cui abscondi futura
non possunt, Sed testimonium prophetarum quod paululum dixisse
ad se rebus et iam hoc eorum voluntatem meruisse respondeo.
sic enim excecat dicitur sic obduratur deserendo et non adiuvando quod
occulto iudicio facere potest iniquo non potest. Hoc amnino
pietas religiosorum inconcussum debet inviolatumque servare
sicut apostolus cum eandem ipsam tractare difficillimam
questionem, Quid ergo dicimus inquit. Numquid iniquitas
apud deum absit, Si ergo absit ut sit iniquitas apud deum sive
quando adiuvat misericorditer facit. sive quando adiu-
vat iuste facit quia omnia non temeritate sed iustitia
facit. Porro si iudicia sanctorum iusta sunt quanto magis sanc-
tificantis et iustificantis dei. Iusta ergo sunt et occulta. Ideo
cum questiones huiusmodi in medium venirent. quare
alius sic alius autem sic, Quare ille deo deserente excecatur.
Ille deo adiuvante inluminatur. non nobis iudicium de
tanti iudicio iudicis usurpemus sed contremescentes ex
damnemus cum apostolo, O altitudo divitiarum sapientie
et scientie dei quam scrutabilia sunt iudicia eius et investiga-
biles vie eius, Unde dictum est in psalmo. Iudicia tua sicut
abysus multa, Unde dictum est in quod pervenimus in eo
ambulemus, Sic dicit apostolus. Non solum quod nescimus et
scire debemus sed et iam si quid aliter sapimus id quoque dicitur nobis
revelavit, Pervenimus autem in viam fidei hanc per
severantissime teneamus, Ipsa perducet ad cubiculum

regis in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae abscon
diti. Non enim dominus ipse ihesus xpus suis illis magnis et precipue
discipulis invidebat quando dicebat. Multa habeo vobis
dicere sed non potestis illa modo portare. Ambulandum
est proficiendum est credendum est ut sint corda nostra capacia
eorum rerum quas capere modo non possumus. Quod si nos
ultimus dies proficientes invenerit, ibi dicemus quod hic non po
tuimus, Si quis autem istam questionem lucidius et melius novit
et se posse confidit exponere, absit ut simpliciter discere
quam docere tantum ne audeat quisquam liberum arbitrium
sic defendere ut nobis oratione qua dicimus ne nos inferas in
temptationem conetur accusare. Rursus ne quisquam neget
voluntatis arbitrium et audeat excusare peccatum, Sed
audimus dominum precipientem et opitulantem et iubentem quid facere
debeamus et adiuvantem ut implere possimus. Nam et quosdam
nimie voluntatis succe fiducia extulit in superbiam, et quosdam
nimia voluntatis succe diffidentia deiecit in negligentiam.
Illi dicunt, quid rogamus dominum ne vincamur temptatione quod
in nostra est potestate positum, Isti dicunt ut quid conamur be
ne vivere quod in dei est potestate. Ordine pacto quies in celis
ne nos inferas in quam liberum istarum temptationum sed libera
nos a malo, Audiamus dominum dicentem. Rogavi pro te petere ne de
ficiat fides tua, Ne sic existimemus fidem nostram esse in libero
arbitrio ut divino non egeat adiutorio. Audiamus et evangelis
tam dicentem. Dedit eis potestatem filios dei fieri. Ne omnino
existimemus in nostra potestate non esse quod credimus. Verum tamen
in utroque illius beneficia cognoscamus, Nam et agende sunt

gratiae quia data est potestas & orandum ne succumbat
infirmitas. Ipsa est fides quae per dilectionem operatur. sicut ei
mensuram dicit cuiq: pastitur est ut qui gloriatur non in se sed
in domino gloriatur, Non itaq: mirum est quia non poterant cre
dere quorum voluntas sic superbaverat ut ignorantes dei iustitiam
& suam volentes statuere sic de illis dicit apostolus. iustitiae dei
non sunt subiecti. Quia enim ex fide sed tantum ex operibus
tumuerunt ipso suo tumore cecati offenderunt in lapidem
offensionis. Sic autem dictum est non poterant. sub in
tellegendum est. quod nolebant. quem admodum dictum est
de domino nostro, Si non credimus ille fidelis manet. negare seip
sum non potest, De omnipotente dictum est non potest,
Sicuter ergo quod dominus seipsum negare non potest locus volun
tatis divinae. ita quod illi non poterant credere culpa est
voluntatis humanae. Ecce dico & ego quod tam superbe sapi
unt ut suae voluntatis viribus tantum existimant esse
tribuendum. ut negent sibi esse necessarium divinum ad
iutorium ad bene vivendum, Hinc & illi non poterant cre
dere. non quia homines in melius mutari non possunt.
sed quamdiu talia sapiunt non possunt credere, Hinc
excecantur & indurantur. quia negando divino adiutorio
non adiuvantur, Haec de iudaeis qui excecati & induratis
sunt. dicitur praesciuit forte & hoc de superne medicine miseri
cordia factum. intellegendum ÷, Ut quo perversae &
superbae voluntatis erant. & suam iustitiam statuere vo
lebant. adhuc desererentur ut excecarentur. Ut offen
derent in lapidem offensionis & impleretur facies eorum

ignominiae. atque ita humiliati quaererent nomen domini. & non
suam iustitiam qua inflatur superbus; sed iustitiam dei qua iustificatur impius. Hoc enim multis eorum proficit in bonum.
quidem suo scelere conpuncti in xpm postea crediderunt. pro
quibus & ipse orauerat dicens, Pater ignosce illis. quia
nesciunt quid faciunt, De qua eorum ignorantia & apostolus dicit, Testimonium illis perhibeo quia zelum dei habent.
sed non secundum scientiam. Tunc enim & hoc subiunxit
atque ait. Ignorantes enim dei iustitiam & suam uolentes
constituere. iustitiae dei non sunt subiecti, Dilexerunt
enim gloriam hominum sicut euangelista testatur magis quam dei,

Clamauit ihr & dixit qui credit in me non credit sed in
eum qui me misit & qui uidit me uidit eum qui me misit
quomodo hoc congruat ad intellegendum doce,

Hoc quoque sciendum quia homo apparebat hominibus
cum lateret & dr & ne putarent hoc eum esse tantummodo
quod uidebant, talem actantum se uolens credere
qualis & tantus est pater, Qui credit in me in quantum credit
in me id est non in hoc quod uidet. sed in eum qui me misit
id est in patrem sed qui credit in patrem necesse est eum ut credat
esse patrem. quia autem credit eum patrem esse necesse est.
ut credat eum habere filium, Ac per hoc qui credit in patrem
necesse est ut credat in filium, Et ideo cum dixisset qui credit
in me non credit in me sed in eum qui misit me, Ne putaretur eum sic uoluisse intellegi patrem tantum quam patrem
multorum filiorum per gratiam regeneratorum non unius

uerbi aequalis sibi continuo subiecit, Qui uidit me uidit eum
qui misit me, Num quid ait. qui uidit me non uidit me sed eum
qui misit me sicut dixerat qui credit in me non credit in me sed in eum
qui misit me, Illud nec quod dixit. ne sic uidebatur credere eum tantum
modo filius hominis. hoc autem dixit ut patri credere eum equalis,
Qui credit in me inquit non credit in hoc quod uidit me sed credit
in eum qui misit me, Non ergo abstulit credentis fidem sed
noluit in forma serui manere credentem, Quoniam cum quisque cre
dit in patrem qui eum misit profectu credit in filium. sine quo pa
trem non esse cognoscit et ita credit ut credat aequalem. quo
sequitur. et qui uidit me uidit eum qui me misit, AGUSTINUS
Ego lux in mundum ueni ut omnis qui credit in me in te ne
bris non maneat, Dixit quodam loco discipulis suis, Uos estis
lux mundi huius sed dixit esse lucem et discipulos lucem quo
modo hoc sciendum est,
M. Credimus ergo lumini inluminato sicut prophetae sicut apostolus
sed ideo illi credimus ut non ipsum credamus quod inluminatur
sed cum illo credamus in illud lucem a quo inluminatur ut et
nos inluminemur non ab illo sed cum illo a quo ille sicut supra
differentes possumus intercredit ei. et credit in eum ipsum hoc est hanc
Ante diem festum paschae sciens ihesus quia uenit eius hora
ut transeat ex mundo ad patrem, Cum dilexisset suos
qui erant in mundo in finem dilexit eos. quid hoc intellegendum
M. Pascha namque non sic quidam existimant grecum nomen
est sed ebreum, O postunissime tamen occurrit in hoc nomi
ne quaedam congruentia utrarumque linguarum, quia enim pa
titur. Grece pascha dicitur ideo pascha passio putata est

uel hoc nomen a passione sic appellatum, In sua uero lingua
hoc est hebrea. pascha dicitur transitus. Propter ea tunc
primum pascha celebrauit populus dei quando ex egypto
transeuntes rubrum mare transierunt. Nunc ergo figu
ra illa prophetica in ueritate complet est, Cum sic cuius
ad immolandum ducitur xpus cuius sanguine in litis postibus
nris id est cuius signo crucis signatis frontibus nris a perditio
ne seculi huius tam quam a captiuitate uel interemp
tione egyptia liberamur et agimus salubrissimum tran
situm cum a diabolo transimus ad xpm. et abisti in stabili
seculo ad eius fundatissimum regnum, Ideo quippe ad dm
permanentem transimus ne cum mundo transeunte
transeamus, De hac conlata gratia dni laudans
apostolus dicit, Qui eruit nos de potestate tenebrarum
et transtulit in regnum filii claritatis suae. Hoc itaque
nomen id est pascha quod latinae uidiximus transitus nun
cupatur uel ut interpretans nobis beatus euangelista,
Ante diem inquit festum paschae sciens ihs. qui auenit ho
ra eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem, Ecce pasch
transitus unde et quo. de hoc scilicet mundo ad patrem.
Spes membris in capite data est quod eenim illo transe
unte sine dubitatione secuturae, Qui ergo infideles
et ab hoc capite atque ab eius corpore alieni nonne et ip
si transeunt qui a non permanent transeunt plane et ipsi.
Si aliud est transire de mundo. aliud transire cum mundo,
Aliud ad patrem. aliud ad hostem, Nam et egyptii tran
sierunt non enim persequendo manserunt. Non tamen transierunt.

pmare ad regnum sed pmare ad interitum, Sciens
ergo ihr qui aduenit eius hora ut transeat ex mundo
ad patrem cum dilexisset suos qui erant in mundo in
finem dilexit eos. Ut et ipsi de mundo hoc ubi erant ad
suum apud quod hic transisset eius dilectione transi
rent; Quid est enim in finem nisi in xpm finis enim legis xpr
ait apostolus ad iustitiam omni credenti finis pficiens
non interficiens sic omnino intellegendum est pascha nrm
immolatus est xpr. Ipse est finis noster in illum est transi
tus noster, Nam uideo posse ista uerba euangelica
quodam humano modo et ita sic accipi tamquam usque ad
mortem xpr dilexerit suos ut hoc uideatur in finem dilexit
eos, Humana est ista sententia non diuina neque enim nos
huc usque dilexit qui semper et sine fine nos diligit. Absit ut
dilectionem morte finierit et ita post mortem quinque
fratres suos dilexit diuis ille superbus et impius et usque ad mortem
dilexisse nos putandus est xpr. Absit hominem. Nequa
quam nos ille diligendo usque ad mortem uenire et si dilec
tionem nostram morte finire et nisi forte ita sit intelle
gendum in finem dilexit eos qui ita tantum dilexit ut more
retur propter eos. Hoc autem testatur est dicens. Maio
rem hanc caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat
quis pro amicis suis. Sane non prohibemur intellegi in fi
nem dilexit usque ad mortem dilexit ad quam dilectio ipsa illum pro

Dan ihs qui lotus est non indiget ut lauet sed est mun
dus totus hic mouet. Immo si mundus est totus quid ei opus
est tpedes lauare tquid si biuult. Necesse namque est ut quem

Dn̄s nāq: ueritas loquitur quod opus habeat pedes la
uare & iam ille qui lotus est.

M. Puto namq: hoc ēē ut quia homo in sc̄a quidē baptismo to
tus abluitur. n̄ pr̄ & er pedes sed totus omnino. Verū tamen
cum in reb; humanis post ea uiuitur utiq: in terra calcatur,
Ipsi igitur humani affectus sine quibus in hac mortalitate
non uiuitur. quasi pedes sunt ubi ex humanis rebus adficimur,
Et sic adficimur. ut si dixerim̄ quia peccatū non habemus.
nos ipsos decipiam̄ & ueritas in nobis non sit. Cotidie igitur
pedes lauat nobis qui interpellat pro nobis & cotidie nos
opus habem̄ ut pedes lauem̄ id est ut uias spiritaliū gressuū
dirigamus. In ipsa oratione dominica confitemur.
Cum dicimus, Dimitte nob̄ debita nr̄a sic̄ & nos dimittim̄s
debitoribus nr̄is. Propter hoc dic̄ ecclesia in cantico canti
corū. Laui pedes meos quomodo inquinabo eos, Dic̄ enim
hoc cum cogitur ad xp̄m uenire & terram calcare,
De eadem nāq: lectione explicare aliquid cupio ut possū
quē admodum & iā p terram peruenitur ad xp̄m, Cum
potius iubeamur quae sursum sunt querere non quę
sup terram, Sursum enī xp̄rē sedens ad dexteram patris.
sed profecto & hic est. Propt̄ qd̄ saculo seuienti inter
ra dicit. Quid me persequeris. Dicit ergo ecclesia. Laui
pedes meos quomodo inquinabo eos in eis hoc dic̄ qui pos
sunt omni fece mundati iam dicere, Cupio desolui
& ēē cum xp̄o. permanere cū in carne magis necessa
rium propter uos, Ergo in his hoc dicit. qui p̄dicant
xp̄m & aperiunt illi ostium ut habitet p fidē in cordib; hom
num.

In eis hoc dicit cum deliberant utrum ministerium tale sus
cipiant cui se minus idoneos esse existimant ut sine cul
pa impleant ne forte aliis predicantes ipsi reprobi fiant.
Tutius enim veritas auditur quam predicatur, Quoniam cum auditur
humilitas custoditur, Cum autem predicatur, vix non subre
pit cuivis hominum quantulacumque iactantia. In qua
utique inquinantur pedes de quibus dicitur quam speciosi pedes
evangelizantium pacem, Ergo ut apostolus iacobus
dicit, Sit omnis homo velox ad audiendum tardus autem ad lo
quendum, Proinde in eis qui libenter et humiliter audire
norunt et vitam quietam in studiis dulcibus et salubribus agunt
sancta dilicietur ecclesia et dicat. Ego dormio et cor meum vigilat
Vacco et video quomodo tu es dominus. Quia sapientia scribae in tem
pore otii. et qui minoratur actu ipse percipiet eam, Ego
dormio et cor meum vigilat. ego requiesco a negotio
sis actibus, et animus meus divinis se intendit affectibus,
Sed in his qui in isto modo suaviter et humiliter requies
cunt. dum otiose oblectatur ecclesia, Ecce pulsat ille
qui ait, Quae dico vobis in tenebris dicite in lumine
et quod in aure audistis predicate super tecta. Vox ergo eius
pulsat ad ianuam et dicit. Aperi mihi soror mea. proxi
ma mea, columba mea perfecta mea. quia caput meum
repletum est rore et crines mei guttis noctis, Velut
si diceret. Tu vacas et contra me clausum est. Tu stu
des otio pacis et habundante iniquitate refrigescit
caritas multorum, Nox quippe iniquitas est. Ros
vero eius et guttae. his sunt qui frigescunt et cadunt et

faciunt frigescere caput xpi. hoc est ut non amplius
dr. Caput enim xpi dr. sed portantur in crinib; id est in sacra
mentis uisibilib; tolerantur. sed nequaquam interiora sensus
attingunt. Pulsa tergo ut excutiat quietem sci ratiosis
et clamat, Aperi mihi de sanguine meo. soror mea. De
acces sum meo proxima mea. De spu meo columba mea.
De sermone meo quem plenius et otio dedicisti perfecta mea.
Aperi mihi. predicam me. et ad eos quippe qui clausi erunt contra
me quomodo intrabo sine aperiente. quod enim audiant sine
predicante. Hinc fit ut etiam mihi quia amant otium studiorum
bonorum et nolunt propter laboriosarum molestias actionum.
eo quod minus idoneos ad hanc ministrandam. et sine repre
hensione agendam. se sentiunt mallent si fieri possit sanctorum pos
tolus et predicatores ueritatis antiquos excitari aduersus ha
bundantiam iniquitatis quia feruor frigui caritatis. sed
in eis qui iam de corpore exierunt et carnis indumento ex
poliati sunt. Neque enim ab ea separati sunt. Respondit
ecclesia, Exui me tonica mea quod induam eam, Recipietur
quidem illa tonica et in eis qui iam exuti sunt rursus cum ne
uestietur ecclesia. Non tamen nunc quando feruescen
di sunt frigidi. sed tunc quando resurrecturi sunt mortui,
Passa ergo difficultatem propter inopiam predicatorum et reco
lens illa sua membra. sancta sermonib; sancta moribus; sed iam
exuta corporib; ingemescit et dicit ecclesia exui me tonica
mea quod induam eam, Membra illa mea quae xpo
aperire et iam euangelii hando excellentissime potuerunt
quod ad corpora aquib; exuta sunt redire nunc possunt,

Deinde respiciens ad eos qui predicare et populus adquirere
ac regere ac sic xpo aperire utcumque possunt. Sed in his
difficultatibus actionum peccare meruunt, Laui inquit
pedes meos quod inquinabo eos. quisquis enim in uerbo non
offendit. hic perfectus est uir. et qui est perfectus. qui sequi
non offendit. in tanta habundantia iniquitatis tanto fri
gore caritatis. Laui pedes meos quod inquinabo eos
quando quidem lego et audio. Nolite multi magistri
fieri fratres me quoniam maius iudicium sumetis, In multis enim
offendimus omnes, Laui pedes meos quod inquinabo eos,
Sed accesurgo et aperio xpe laua eos, Dimitte nobis
debita nostra. quoniam non est extincta karitas nostra qua et
nos dimittimus debitoribus nostris, Quando te audimus
exultant tecum in celestibus ossa humiliata. Sed quan
do te predicamus terram calcamus ut tibi aperiamur et ideo si re
prehendimur perturbamur si laudamur inflamur, Laua
pedes nostros ante mundatos. sed cum ad aperiendum
tibi per terram pergimus inquinatos. Haec tibi modo
satis sit dilectissime mi. si quid secus quam oportuit dicen
tes fortassis offendimus uel laudibus tuis in moderatius
quam oportuit elati sumus in perire studemundatio
nem pedibus meis deo placentibus orationibus tuis,

NON parua preceptor mi ex euangelio beati
iohannis proponitur mihi questio ubi ait. Cum haec
dixisset ihesus turbatus est spiritu. et protestatus est et dixit
Amen amen dico uobis quia unus ex uobis tradet me. Cur turba
tus spiritu saluator dicatur nosse cupio.

Mihs namq; ideo turbatur est spu ut nos quando turbamur
non disperatione pereamus quando turbamur quin turba
retur nisi uolens. Et non consolatur qui contrbatur et nolens,
Pereant argumenta filosophorum qui negant in sapientem
cadere perturbationes animorum, Stultam fecit dr sapientiam
huius mundi. Et dnr nouit cogitationes hominum quoniam ua
nae sunt. Turbetur plane animus xpianus. non miseria
sed misericordia. nec timeat ne pereant homines xpo.
Contristetur cum perit aliquis xpo. Concupiscat adquiri
homines xpo. Letetur cum adquiruntur homines xpo,
Timeat et sibi ne pereat xpo. Concupiscat regnare cum
xpo, Iste sunt certe quattuor quas perturbationes uocant.
Timor et tristitia amor et letitia. Habeant eas iusti
de causis animi xpiani, Quid est ergo qd ille turbatus est.
nisi quia infirmus in suo corpore hoc est in sua ecclesia
sue infirmitatis uoluntaria similitudine consolatus est,
Ut si qui suorum morte imminente adhuc in spu turban
tur ipsum intueantur ne hoc ipso se putantes esse re
probas peiore disperationis morte sorbeantur,
Quantum itaq; bonum de participatione diuinitatis eius
expectare et sperare debemus. Cuius nos et perturbatio
tranquilla et infirmitas firmat. Siue ergo isto loco
ipsum iudam pereuntem miserendo turbatus est siue
sua morte propinquante turbatus est, Non enim
ullo modo dubitandum. nec uanimi infirmitate sed
potestate turbatum, Affectum quippe humanum
quando oportuisset iudicauit in se ipso potestate

commouit. qui hominem totum potestate suscepit,
Hoc et ita nobis dn̄r sua perturbatione significare dignatus est,
qd̄ scilicet falsos fr̄s et dominici agri illa zezania ita ne
cesse est usq: ad messis tempus interfrumenta tolleraris
utquando ex eis aliqua separari et ita ante messem ur
gens causa compellit fieri sine perturbatione eadem non possit
hanc perturbationem sanctorum suorum per scismaticos et hereticos fu
turam qd̄ ammodo prenuntians dn̄r prefiguravit in semetipso.
Cum exitus iuda homine malo et commixtionem fru
menti in qua diu fuerat tolleratus separatione aptissima
relictus. Turbatus est non carne sed spu. Spr̄s enim eius in huius
modi scandalis non perversitate sed caritate turbatur,
Ne forte in separatione aliquorum zezaniorum
simul aliquid eradicetur et triticum. Turbatus itaq: ihs
spu. et protestatus est et dixit. Amen dico vobis. quia unus ex
vobis tradit me, Unus ex nobis numero non merito. spe
cie non virtute commixtione corporali. non vinculo
spirituali, Carnis adiunctione non cordis consocius unitate,
Quomodo itaq: verum est quod protestatus est dn̄r
ihs et dixit. Unus ex vobis tradit me. si verum est qd̄ ait idem ipse
in epistula sua cuius est hoc euangelium. Ex nobis
exierunt sed non erant ex nobis, Nam si fuissent ex nobis
mansissent utiq: nobiscum.
Hoc sane sciendum quia secundum communio
nem sacramentorum ex nobis. sed suorum proprie
et ratione criminum non ex nobis.
Erat ergo recumbens unus ex discipulis in sinu ihu

quem diligebat ihr. cur nomen suum non patentem dixit scire cupio,

Ipse namque est iohannis cuius est hoc euangelium sic
postea manifestat. Erat enim haec eorum consue
tudo quis sacrarum nobis litterarum ministrauerunt ut aliquan
do ab aliqua eorum narrabatur diuina hystoria. cum ad se
ipsum uenisset tamquam de alio loqueretur. Et sic se inserere
ordini narrationis sue tamquam rerum gestarum scrip
tor. non tamquam sui ipsius predicator. Nam hoc et scr matheus
fecit. qui cum in textu narrationis sue uenisset ad se ipsum
ait, Uidi inquit hominem in tyloneo sedentem publicanum
nomine matheum. et ait illi. sequere me. Non dixit
uidit me. hoc fecit et beatus moyses de ipso se ita tamquam
de alio cuncta narrauit ut ait. Et dixit dominus ad moysen et rl +

Ascio mouere posse nonnullos siue pios ut requirant
siue impios ut reprehendant quod postea quam panem tinc
tum suo traditori dominus dedit intrauerit in illum satanas,
Sic enim scriptum est. Et cum intinxisset panem
dedit iudae et tunc introiuit in illum satanas. Dicunt
enim ita. Ne hoc meruit panis xpi porrectus de men
sa xpi ut postillum intraret in eius discipulum satanas,

Magnopere perpendendum est hinc potius nos doceri.
quam sit cauendum male accepere bonum, Multum
quippe interest non quid accipiat sed quis accipiat. nec
quale sit quod datur. sed quale sit ipse cui datur, Nam et bo
na obsunt et mala prosunt sic fuerint quibus dantur. Peccatum
inquit agit apostolus ut appareat peccatum per bonum

mihi operatum est mostem. Ecce per bonum operatum
est malum. dum male accipitur bonum, Itemque ipse ait,
In magnitudine reuelationum mearum ne extollar.
datur mihi est stimulus carnis meae angelus satane qui me cola
fizet, Propter hoc ter dominum rogaui ut auferret eum a me
et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. nam uirtus in infir
mitate perficitur, Ecce per malum factum est bonum. dum
bene accipitur malum, Quid ergo miraris si datus est
iude panis xpi per quem manciparetur diabulus cum ui
deas e contrario datum paulum angelum diabuli per
quem perficeretur in xpo. Ita et malo bonum obfuit. et bono
malum profuit, Recordamini unde sit scriptum. qui
cumque manducauerit panem aut biberit calicem domini indig
ne. reus erit corporis et sanguinis domini, De his erat ser
mo cum apostolus diceret, quid domini corpus uel utque libet
alium cybum indiscrete negligenterque sumebant,
Hic ergo si corripitur qui non iudicat hoc est qui non discer
nit ac ceteris cybis dominicum corpus. Quid damnatur
qui ad eius mensam fingens amicum accedit inimicus,
Si reprehensione tangitur negligentia conuiuantis quae
poena percutitur uenditor inuitantis, Quid autem erat panis
Ab ape perduxit ad locustam. a locusta perduxit ad lacertum. a lacerto ad avem, ab ave duxit ad pecus. inde ad bovem. inde ad elefantum. postremo ad hominem & persuasit homini quia non a deo factus est homo. Ita ille miser cum tedio passus est ad muscas. Musca factus est quem diabolus possederet. beelzebub quippe interpretatur dr princeps muscarum, De quibus scribitur muscae mortuae exterminant oleum suavitatis,
Quid igitur fratres quare ista dixi. claudite aures cordis vestri adversus dolos inimici. intellegite quia omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil, In princ erat verbum

in quo primo & verbum erat apud deum. & quale verbum. & dr
erat verbum. Numquid forte ad eo factum est hoc verbum,
Non hoc enim erat in principio apud deum, quid ergo aliquid quae fecit
dr non similiter sunt verbo. N. quia omnia per ipsum facta sunt.
usque nihil, Quid per illum facta sunt omnia. quia quod factum est in illo
in ipso vitio erat. & consequenter fieret vitio erat. quod factum est non est
vitio sed in artifice. hoc est in sapientia ideo. antequam fieret vita erat,
Deum nemo vidit umquam nisi unigenitus filius qui est in sinu patris.
Qui est in sinu patris. ipse narravit. id est in secreto patris
non enim dr habet sinum quemadmodum habemus nos in vestibus
aut cogitandus est sic sedere quemadmodum nos aut forte cinctus est
ut sinum haberet. sed quia sinus noster intus est secretum patris
sinus patris vocatur secretum patris,

Grandeque posco quidem. sed et tu dare grandeque nosti. quem
magis offendit quisquis sperando te pescit. ponite terrorem
mentis meae. sumite dictae quibus hic et gnarus ingenii gaudia
posco, Cur tu citius vobis voluit cunctis omnibus proque parum
nomen sensu torpente patescit,

In mors celeni. hilmun. dicon. pagelen et ar

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Isidori iunioris expositionum sententias intexuimus

Verentes multiplicia congerere: Ne stomacus legentium sa-
turitur. non solum oblata renuit. sed & ingesta reiciat. Sup-
ra itaque ab auctoribus origine. victorino. ambrosio. geronimo. agusti-
no. fulgentio. hic cum nostris temporibus insignitur eloquenti gregorio. Priusquam
de principio mundi sit eloquendum. dicendum est contra eos qui ore sacri lego de deum
disputare nituntur dicentes; Quare fecit deus celum & terram. quid faciebat deus ante
quam celum faceret. quur noua uoluntas in deum ut conderet mundum exorta est.
Si ergo respondendum est illis. Noua uoluntas in deum exorta non est. quia & si in
remundus non erat in aeterna tamen uoluntate semper erat, Sic & in apocalip-
sin xxiiii senioribus coloratis sedenti super throno dictum est quia tu creasti
omnia & propter uoluntatem tuam erant & creata sunt, Ergo frustra dicitur,
Iuxta prudentiam retro tempore deo uocanti noua mundi faciendi orta fuisset
cogitatio, Quando in suo aeterno semper manet consilio mundi constructio.
Non tempus ante principium. sed aeternitas fuerit, Tempus uero ac sub-
stitutione creaturae. Non creaturae cepit a tempore,

In principio fecit deus. hic sensus. duobus modis sine offensione
accipitur. In principio fecit deus, Id est aut primo hominem fecit. aut in principio quodam
sapientiae. id est in uerbo suo fecit. ipse enim filius per quem facta sunt omnia ipse
principium in quo facta sunt omnia, In principio fecit deus celum et terram,
Celi nomine quidam caelestem id est angelicam indicare creaturam
estimant, Ipsa enim. caelum caeli. ad cuius comparationem caelum hoc cor-
poreum terra nuncupatur, Terrae autem nomine materiam illam informem
insinuat ex quo hoc uisibile caelum & terra & uniuersa moles huius mundi
formatae, De qua caelicus scribitur, Qui fecisti mundum. de materia informi.
Ad materiam factam ex nihilo. mundi autem speciem de informi materia, Proinde
gratias res ante omnem diem. & ante omnem tempus condidit deus. id est angelicam

creaturam. & informem materiam. idē quasi cælum & terram,

TERRA AUTEM ERAT INANIS ET VACUA idest

adhuc informis erat ipsa materies. quaerē. quare ēdam exorta cælū

& terra iā diu omnia formata erant quæ formam iam perfectam habebant, hæc

enim materia ex nihilo quidē facta. præcessit tamen ex se facta. non

quidē ætate tempore. sed solo ordine. sicut sonus cantum. Nā quia iuxta ma-

num crescunt omnia simul; ET TENEBRE ERANT SUPER FACIEM ABYSSI.

Hanc tenebrosam abyssum ipsam adhuc materiam obscuritatē designat quia nū

dum ullam speciem uidere aut tractare potest. Abissus nāq: immensa æquaq: profundū

appellatur; ET SPS DI FEREBATUR SUPER AQUAS. Etiā æquaq: nomine

ipsam illam informem materiam demonstrat. quam sub ipsa habet cælo lumināte creatorem.

ad confirmandam insurgentū omnia. Nam siue terram manē dicat: siue

abyssum tenebrosam. siue aquam diuersa quidē nomina sed unam eademq: materiam.

Terram inanem & uacuam. quia ēntū erat universitatis creaturarum complexa.

Ideo abyssum tenebrosam. quia speciē luminis nondum habebat, Proeo aqua

uocatur. quia sicut caro. siue omnia qui gignunt humidam & ex humo recon creata sunt.

Nam & hoc cælū corporeum quod firmamētū uocat. secundo die post conditionē

lucis factum est. & hæc terra tunc accepit formam quando ab aqua distincta est ipsa

quoq: aquam tunc speciē sicut sumpsit. quando in unū sub firmamēto collecta sunt.

Hæc ergo hoc nō illū cælū hoc corporeum cælū. sed spiritalis creatura angelorum

nec illam terram uel abyssum. hæc sensibilia elementa. sed illa intellegendam informem

& obscuram materiam. ET TENEBRE ERANT SUPER ABYSSUM.

Quidam dicere solent. unde erant tenebre super abyssum cum nondum fiat lux.

Quis eas fecerat. aut si nemo fecerat ab eis nescimus quibus respondetur,

Non quia aliquid sunt tenebre sed ipsa lucis absentia hoc nomen accepit. sicut

silentium nihil est. sed ubi uox non est silentium dicitur, Sic tenebre nihil sunt. sed ubi lux non

est tenebre dicuntur, ET SPS DI FEREBATUR SUPER AQUAS.

Ferebatur autē non per spatia locorum sicut terra sol super fertur. sed potentia sublimita

tissuce. Proeo eq̃ quib; cepit nor scrybtum ē. ferebat. mebreo hebr & me
reph & quod nos dicere possumus incubebat. siue confouebat insimilitudinē
uolucris cuius calore animantur & quomodo intelleg̃ mundi despumundi dici. sed de
spiritu quo uiuificator ē omniū & conditor. Et mittit enim ait scrybture spm̃
suum & creabuntur. **Et spiritus dei ferebatur super aquas.**
Notandum quod in pro exordio celi & terre. totum mundum insinuatur
spectatoris. Nec patet mihi intelleg̃ nomine. filius in principio. Spiritus uero
sancti super ferebat aequis. **Dixit deus fiat lux.**
Non sic quiescendo modo nor transitorie dicim fiat. aliquid sicere dendue dixisse
dim fiat. Nec mis transitorie ecce dictum ē fiat. erat creatura aliqua un
de uiuendi fibrabat uox. Sed quia ante quā dicebat fiat nulla exiterat.
creaturae. ipsum fiat. quod dictum ē in ceb̃ nitate uerbi nuncii sono
tunc tum ē. tuli enim dilocutionem tempore dicitur preteriens sonus
sed solo dictio est rectionis. **Dixit deus fiat lux.** In hac lucis stone dicit
recapitulat creatio angelorum quin participatio ceb̃ nocte lucis dies. lux & dies
nuncupati sunt. quorum unitas uto stendere & nē dictū dies primus. sed dies unus
Exorit autem questio de angelis. qm̃ dim creatione ex dierum prae mittuent
tum quem non sint in operib; dies opus auctis ē angelos. hymnū trium puero
rum testat. Nā cum praecedictū ē benedicite omnia opera dni dnm.
Ita sequutione eorum de operum & ice angelos nominauit. Et sed mis.
cum dicens & intellexit. Laudate eum omnes angeli eius. Subiec: quia ipse dixit
& facti sunt. Nisi ergo exemplis cedo facti angeli demonstrent. Sed
quo die creatur nusquam in fest. quia scrybture sta legit dixisse dm.
quando facti sidera laudate eum omnes angeli mei. Iam ergo erant
angeli. quae tu die quando sidera condita sunt. Ergo die tuae fac
tum sunt. in primum ē enim qd die illa tuae ceb̃ aequis discerpuae. pecubuli
herbam dux. Ergo secundo die facti sunt. nequequa. Tunc enim
facto firmamento diuisio fuit superiorum atqui inferiorum aquarum.

Nimirum ergo sine operib; sex dierum angeli uel lucis significatione
creati intelleguntur, Ante omnem enim creaturam factis. quia prior
omnium creatae est sapientia qui propter eam dicuntur sapientia ge
niti inerendo sapientiae, Verum tamen numquid et ante tempora facti sunt
utique quia prior omnium creatae est sapientia prior scilicet omnium et iam
et tempora. Oportebat enim ut creaturae inconcusse deo aderens et sine
suo creatori aequalis omni saltem creaturae prior esset et melior. qui
quidem dum sint mutabiles naturae facta tamen eos immutabiles atque
incorruptos gratia sempiterna. Nam si natura incommutabiles
essent dicebolus non utique cecidisset. commutabilitatem namque naturae
meis suffragat contemplatio creatoris. Inde priuatus est angelus dum
fortitudinem suam non accedo. sed a se uoluit custodiri, Tantae enim gratiae
sunt angeli. ut nec ipsorum angelorum accessio. decessio ue fuerit tempora
Duas enim esse res in creaturis. quarum uicissitudo tempora non uocabat.
Primum enim angelis propter quod incommutabili inerent creatori. Secundum
materiae illius informi quia et ipsius uocabat tempus prius quam ex eo omnia ista
formarentur quae temporaliter inuoluuntur. Et uidit deus lucem quia bona est.
Non enim cum facta est tunc dicit quia bona est quam nisi sciret antequam fie
ret non utique faceret. ergo non discet sed docet factum quod placuerit
in arte faciendum. Et diuisit deus lucem a tenebris.
Diuisio lucis a tenebris. boni angeli separati a malis. post separationem
eorum tenebrarum a luce. Ideo non refertur sicut in omnibus operibus dicit uidit
dicitur quia bonum est. ne malum praeeuocatorum uideretur ad probare angelorum.
Factumque est uespere et mane. Uespere terminum
condite creaturae minuendae creaturae alterius. Quaerit aliquis cum primum uesperum per eo
in cene scriptura memorauerit. Ne forte noctem prius quam diem signi
ficare uideatur. Nec aduertunt primum quod praemiserit diem dicendo;
Et uocauit deus diem lucem. et tenebras uocauit noctem; Deinde quod uesperum

finis diei sit: & mane finis noctis. Ergo ut beneficium ante oblatum prae
rogativa & primatus nativitatis diei daret. prius finem diei significavit:
postquam secuturae nox nox esset. deinde postea finem noctis adiunxit
factumque est vespere et mane dies unus. Dies iste
unus prior factus est propter concordiam residuorum angelorum sic appellatus est:
quorum propter unitatem insinuandam non dies primus sed dies dictus
est unus: & idcirco ipse repetitur semper in executione creaturarum.
quia ipse dies hoc est naturae angelorum quando crea
turae ipsae quam dicitur faciebat contemplabatur quodam
modo vesperiscebat, EXCERPTA EX LIBRO QUESTIONUM AGUSTINI EPI
DE EO QUOD DICTUM EST. Factum est vespere & mane dies
unus, & hinc calumniantur manichei dum putant ita dictum esse quasi
a vespere dies coeperit. Non intellegunt operationem illam qua
lux facta est & divisum est inter lucem & tenebras: vocatae lux dies & tene
bras nox quia vespera finis non principium est diei nocte complectens
Ideo ergo totam operationem non intellegunt ad diem pertinere, Post hanc
autem operationem quam finito die factae vespera quia nox ad diem suum
pertinuerit. Non dicitur transisse dies unus nisi & ista nocte transacta
cum factum est mane. Sic deinque reliqui dies computantur a mane usque ad
mane, Nunc enim quod factum est mane: transactus est dies unus,
Incipit operatio quae sequitur ab ipso mane quod ita factum est & per ipsam ope
rationem fit vespera, Deinde mane: transit alter dies atque ita
deinceps et eri dies transeunt. verum tamen quia non permanebat in ei
creaturae contuitu sed laudem eius ad deum referens eam melius in divina
ratione conspiciebat, Tunc continuo quasi mane fiebat. Nam si permane
ret ne dicto creatore in aspectu creaturae iam non vespera sed nox
utique fieret, DIXIT QUOQUE DEUS FIAT FIRMAMENTUM. Compositum est
firmamentum nomine caelum significavit. pro eo quod fortiter & firme

Maxime quia ppter eius uocationem firmamentum ppter firmitatem siue ppter
sustentationem. et intrans gressibilem terminum superiorum aquarum,
Et fecit ds firmamentum. diuisitque aquas ab aquis sub firma
mento ab his quae erant sup firmamentum. Iam quia addidit. et diuisit aquas
ab aquis. quaerendum est. utrum hunc aerem nebulosum nomen et fir
mamentum quidiuidit aquas superiores. nubium ab inferiori
bus quae in terris fluunt, Nam et ipse celum uocatur. Sic legimus
uolucres caeli. dum nondum illo superiori dicatur. sed de isto in quo
aues uolitant, An forte supra illud firmamentum a et hereum
aquae sint inuisibiles. quae non locorum sed ibi sed dignitate naturae uidentur
supra caelum, de quibus nihil temere ad firmandum est, obscuriores enim
haec et remotiores a sensibus hominum, Quid autem enim pro eo quod dictum est. fiat fir
mamentum inter aquas et aquam, Istorum aliter hic discretos bonos a malis
angelis putauerunt, ut supra firmamentum bonos angelos. in fine uero
uel aquas istas. uel malorum multitudinem angelorum intellegunt,
Sed hoc uere fidei ratio respuit, aquas uero istas uisibiles. quidam impie
uanitatis negant factas ad eo. pro eo quod in genesi non commemorantur
ubi sint factae neque scriptum sit, Dixit ds fiant aquae. His respondendum est. quia ad dictum est. in principio fecit dr caelum et terram. illic et aquae
intellegendae sunt, Uno enim nomine. utrumque comprehensum est. tropho
mi et onomaci. quasi per eiusque continet. et id quod continetur. Nam ipsius est mare
et ipse fecit illud, uocauit que ds firmamentum caelum,
Quidam autem de hoc firmamento quod et hic caelum uocatur. taliter senserunt
dicentes. quidem quod prius caelum factum dicitur. et hoc idem primo modum firma
mentum uocatur nisi quia uidelicet naturae angelica et prius subtilis est in su
perioribus conditae. et primum quam possit cadere quae est mirabilius est firmata
Dixit ds congregentur aquae quae sub caelo sunt in locum unum
Si totum aquis plenum erat quomodo poterant aquae congregari in unum,

Sed iam superius dictum est super quam ferebatur spiritus dei. unde erat dicitur omnia formaturus,
Nunc vero cum dicitur congregentur aquae quae sunt sub caelo in locum unum. hoc dicitur
utilia materiae corporalis formarentur in aeque specie quae habent istae aquae
visibiles, ipse enim congregatae in unum. ipsae aquarum formatio istarum quasi videmus
et tangimus omnis enim forma ad nuncupantis regulam cogitur. Et quod dicitur
appareat arida. Quid aliud dicam intellegendum est nisi utilla
materiae accipiat visibilem formam quam nunc istae quam videmus et vi
demus et tangimus, Superius ergo quando cognominabatur
terrae inanis et vacua ipsa rerum materiae nominabatur, Nondum
generibus corporalium creaturarum complexae. et quod nominabatur aquae
supra quae ferebatur spiritus dei eadem sursum materiam nominabatur, Nunc vero
quae istae et terrae formatur ex illa materiae quae ipsis nominibus appellabatur
antequam formam aquae ista quae nunc videmus acciperent, Et vo
cavit aridam terram. Terrae ad vocatur aridae. quia sine
ignis calorem et aquae humorem. ita terrae nuncupatur hab et siccita
tem, Congregationes quoque aquarum appellavit maria.
Notandum quod omnis congregatio aquarum. sicut sicut vel dulcium. in ebrea
loquutione maria nuncupatur. Et vidit deus quia bona est. Doc et
bonum esse quod fecit non discit, Et ait germinet terra herbam
virentem et facientem semen lignum pomiferum faciens fructum,
Benedixit scriptura herbam virentem. et lignum pomiferum faciens
fructum. nam et terrae aridae et infructuosae propter peccatum hominis terrae
maledictae produxit, Sed hic quaestio movetur quorundam dicentium. et
quia dicitur septimo die ab omni opere suo cessavit. quomodo hac et novae postmo
dum condidit, quia mihi enim propter peccatum hominis hac et natae dicantur.
Nihil tamen primo dum creatum est novum. Ergo ita intellegendum est non ut propter peccatum
hominis quam ad poenam eius creatum fuisset aliquid novum, Maxime dum
[illegible] eundem locum non dicatur spinas et tribulos parat terrae

sed pari et tibi terra, quasi diceret incipiat tibi nasci ad laboris exitium
quod olim creatum est ad pabulum animantium, herbae autem venenosae
quamquam ad poenam vel exercitationem mortalium sint creatae, habent
tamen ipse quaedam remedia salubritatum. Et quae non praestant escam
medicinam ministrant. Et quae noxia sunt usui hominum innoxium
praebent feris et avibus pabulum, SEQ. ET LIGNUM POMIFERUM
FACIENS FRUCTUM IUXTA GENUS SUUM. Ut essent nascentibus
singulis vistus seminarium et secundum genus eorum similia ab eis nas-
cerentur, sic ac et eris distinctae similitudine sicut origine. DIXIT
AUTEM DEUS FIANT LUMINARIA IN FIRMAMENTO CAELI. Si quarta die
facta sunt luminaria, tres dies superiores autquam definiri in vesperum
vel qualiter in aeri mane tradunt vel quomodo esse sine sole potuerunt.
Cum videamus nunc solis ortu et occasu diem transire, noctem fieri solis
absentiam, nisi ut intelligamus in ipsa morte temporis. ipsa sol operum distinc-
tiones ita appellatas vesperum. propter transactionem consummationis operis.
Mane propter incoactionem futuri diei. in similitudinem scilicet humanarum operum
quia plerique a mane incipiunt et in vesperum desinunt, ET DIVIDANT DIEM AC NOCTEM
quasi diceret. sic dividant inter diem et noctem. ut soli dies detur. nox vero lunae
et ceteris ceteris. ET SINT IN SIGNA ET TEMPORA IN DIES ET ANNOS
In signa scilicet quia ex sole et luna signa aliquae colliguntur. Iuxta quod et dominus
ait, haec sunt signa in sole et luna et stellis. Per quod significatur
tempus futurae consummationis, signa autem dicuntur vel pro eo quod aliquid
significant futura vel pro eo quod articuli temporum per siderum cursus
notantur. Non autem ea signa quae nullis temporibus nativitates ex-
primere hominum et qualitates. qualis futurus sit unusquisque
qui natus est addidit. ut sint in signa et tempora, scilicet ut per haec
sideris tempora distinguantur in vicibus mutationum. hiemis
vernis. statis et autumni, Iniustis igitur tempo[illegible]

cum uelocior ē. tricentum solis. cum tardior. cum ceequalis; Alia enim
praestringit radiis suis; Alia inflammat celoribus suis; Alia tēperiores fouet.
ERUNT IN SIGNA ET IN TEMPORA ET IN DIES ET ANNOS. Indies. in sol.
ma habent principatum; In annos quia luna. per tricenos dies. duodecies
currens cursum conficit; Sola autem explet omnia signa circuitu. ceteri eundem
principium cursus sui recurrit; Signa ergo & tempora tenent ceteri omnia
sidera, Dies uero ceteris solem tuentur modo. Anni autem ceteri cursum solis & lunae.
LUMINARE MAIUS UT PREESSET DIEI. Quia quia ipse dies sol principatum
tenet. LUMINARE MINUS UT PEET NOCTI. ET STELLAS. Reuera quia
luna ipsa tempus principatum tenet. & quae cum ea sidera cum ea pariter
fulgent. Illam enim splendore suo omnia superat. DIXIT ETIAM DS PDUCANT
AQUAE REPTILE ANIMAE UIUENTIS ET UOLATILE SUPER TERRAM,
Quia terrigenae uolatilia quae in aere uersentur ceteraque uersentur ceteraque ipsi ducere sentiebantur.
Sed sciant omnia quos tedia mouent, istum aerem in quo ceteri uolitent celestia
gemitus; cum aequis deputari. Peo quod aequalis humidae excellentione pinguescit
uolatilis seruam sustinere possit. ob hoc non immerito pisces & uolucres
de quibus nunc ante commemorantur. quia cum ante aeris aequalis uenatura
sed quid quidam aquae undosum & fluuii dum ante reptilibus deputatur? quid
quid uero uaporabiliter suspensum est. ceteris distributum; Deinde
addidit legislator in species suas secundum genus suum; In species
suas secundum genus suum. Bene in species suas secundum
genus suum. quia ante creatae sunt. ut exeat celi ceteri generem. quae
formam seruarent posteriores. & specie distinguerent ceteris.
Deinde quoque ds pducat terra animam uiuentem in genere suo.
iumentum & reptile & bestias terrae. Haec graecae genera tudin distinguunt.
Iumenta enim animalia quae in usu hominum sunt intelligi uolunt
quae ob hoc uocant iumenta eo quod iubent. in reptilibus; aut serpentes nomi
nant. In bestiis leones. pardos & tigrides. & quidquid reuel unguibus seuit.

Quidam autem dicunt dum omnia bona legitur cedo creatio. quare
quaedam noxia & perniciosa inveniuntur, An forte pro peccatum ad vindictam
creata sunt, An forte in primordiis rerum innocuis facta sunt. & postea peccato
ribus nocere ceperunt. quibus respondendum est. Ista omnia in principio bona conditas
sed post peccatum vel ad vindictam vel ad probationem perniciosa facta sunt hominum,
Bona enim condita sunt. sed male agentibus data sunt in flagellum. Hinc est quod per prophe
tam dicitur. ego dominus & non est alter. formans. lucem. & creans tenebras. faciens
pacem. & creans malum, Numquid mala ad non creantur absit, Sed creare
mala dicuntur insinuat. dum re bene conditio peccatoribus in flagellum ponat,
Ut ea ipsa & per dolorem quo feriunt delinquentibus mala sint & per naturam qua
existunt bona, Adhaec contra quidem dicunt, Si nobis pro peccatum nostrum
nocent. quare se invicem nocent. quorum respondendum est. quia ad hoc in cibum
sunt aliarum data. Inde notum est autem quare creata sint ratione musca & vermiculi.
omnia autem in suo genere pulchra sunt, Quamvis per peccatum nostrum multa nobis videan
tur adversa, Quaeritur autem de huiusmodi minutissimis animalibus utrum tunc
creata sint quando omnia facta sunt an primo modo, De quibus credendum est. quidquid
quid ex aquis vel terris nunc nascuntur, In prima rerum conditione fuisse creata
caeteris vero quae de vitiis corporum vel ignorum putredine vel ad aliarum tabe
nascuntur non tunc creata sunt in specie. quando & ipsa animalia ex quibus
nascuntur, Inerunt tamen eis in corporibus illis rerum praesens semina origo ut
consequenter de eorum corruptionibus pro suo quaeque genere exorientur. Et
ait faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram
Numquid angelis dictum est. faciamus quia non dixit faciam, Sed quia se
quitur ad imaginem nostram, Ne fas est credere ad imaginem angelorum
hominem fuisse creatum, Nunc autem quaeque credendum est eandem
esse imaginem angelorum sed dei. recte ergo illic intellegitur pluralitas trini
tatis. quae tamen est trinitas quae unus est dicitur. & ideo cum dixisset faciamus
addidit. Et fecit inquit dicitur hominem ad imaginem suam. ad imaginem dei crea
vit illum,

Non dixit fecerunt dii ad imaginem deorum. Ergo quia fiebat ad imaginem trinitatis
propter hoc dictum est ad imaginem nostram, Rursus autem ne in trinitate cre
dendos arbitrarentur tres deos: cum sit ea deus, trinitas unus dicitur. & fecit inquit
deus hominem ad imaginem suam & ad imaginem dei. Hac si dicerem & ad imaginem
suam, Et fecit inquit deus hominem ad imaginem & similitudinem
suam, Queritur autem in imaginem & similitudinem dei quid intersit. Hoc namque ima
go dei ab excellentia divinae similitudinis distat. quod imago dei anima
peccatrix esse non desinit. Ad dei autem similitudinem nisi anima sancta fuerit non perve
nit. Et imago dei est omnium similitudo vero pacis corporis. quia illa animae creata est
per naturam. haec dabitur consummatae per gratiam. Quoniam si nihil est aliud imago dei
quam mens naturaliter animae humanae conlata, quid aliud erit si
militudo nisi feliciter beatitudo conferenda, Et ideo est quidem magnum
quod homini mens facta ad imaginem dei data sit in naturam, Cuius
privilegium carent animalia caeteras rationes experientia. & illud
est multo praestantius quod eis similitudo dandae sui creatoris in
gloria. ut ibi sit suo creatori similis ubi erit angelis sanctis aequa[illegible]lis.
Ad imaginem et similitudinem suam Multi dum haec
legunt vel audiunt. credunt deum forma corporea esse pro eo quod scrib
tum est. fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam, Cessat
itaque vana cogitatio quae talia opinatur, Non enim secundum formam
corporis homo factus est ad imaginem dei. sed secundum rationalem mentem
iuxta quod ait apostolus, Renovamini spiritu mentis vestrae. induite
novum hominem qui secundum deum creatus est, & alibi exeuntes
inquit veterem hominem. & induite novum qui renova
tur in agnitionem dei. secundum imagi[illegible]nem eius qui creavit
eum. Hinc apparet & quod homo non secundum corpus. sed secundum intellectum mentis
ad imaginem dei creatus est, Quamvis & ipsum corpus nostrum
ita sit fabricatum. ut ostendat nos melio[illegible]res esse quam bestias.

& ppter dissimiles, Illa enim omnia inclinata sunt ad terram. homini autem
corpus erectum est. quod significat animum nostrum in superna sua id est ad spiritualia
debere semper esse erectum, Ad imaginem dei creavit illum. Hic homo
secundum animam eius scilicet rationem creatus. Nam ad hoc sequitur ut de limo formetur,
masculum et feminam fecit eos. Nec dum enim eius factio discri-
bitur. quomodo hic masculus & femina perhibetur, Sed quia ex eodem
latere erit femina processura. in illo iam computatur per substantiam. a quo
erit producenda per formam. Ergo secundum originem ad hoc & eius simul
creati sunt. secundum speciem vero formae per eam femina ex latere viri
formata est, Benedixitque illis deus et ait crescite et multiplicami-
ni et replete terram. Quidam non secundum carnalem fe-
cunditatem volunt intellegi. quia & secundum animam legitur, Tale aliquid dictum
Multiplicabo in anima mea virtutem. ut id quod in genesis sequitur & implete
terram. & domina omnia ei. Terram intellegunt carnem. quam presentia
sua implet anima ei quae maxime dominatur cum in virtute multi-
pli[illegible]cat, Carnalem autem fetus nec tunc nasci potuisse dicunt.
Nec in paradiso. sed foris gignere potuisse sicut & factum est, Nam
postquam dimissi sunt inde tunc coierunt & genuerunt. Nos autem non dubitamus
secundum benedictionem dei corporaliter potuisse illos in paradiso crescere &
multiplicare, Nam masculum & feminam fecit eos, & non diversi sexus
videmus & novimus qui & si non peccassent. coituros tamen potuisse. sed sine
ulla libidinis perturbatione. ut membra sola voluntas non libido moveret.
Illud tamen credendum est quod in tanta multitudo nasci potuit hominum.
quo ad usque predestina[illegible]torum sanctorum numerus complebitur.
Quantus & nunc per [illegible] dei gratiam colligitur peccatorum quousque filii
seculi huius generant & generantur, Et dominamini piscibus
maris et volatilibus celi et universis animalibus,
Scilicet intellectu quo omnibus animalibus homo dominatur,

Relatur · intelligit & licet spiritualiter · utrum affectiones & motus animi ac
quorlibet, sicut animalib; similes sub dictorlibet oberant & dominarent eorx
perpetuitate & mansuetudinem, Aliquando solent reprehendere quidam dicen
tes quod accepit homo · potestate · principium mercis & uolatilium · & omnium pecorx & ferarx
diuidam amultis bestiis multos occidi · Sed ista primo respondendum est
quia p peccatum primi hominis dampnatus est & perfectionem illam · quae ei magis
nedi fuerit facta · utrum nib; dominabitur · Nam ortum peccatorum factum
naturali ordine perpetuo mutarentur hominum ecclesiae. **Unde quod omnia**
quae fecerat erant valde bona. Adtendendum uniuersitatis creatu
rum ac ldebonam uocat · Singulae rerum uero uentum bonam · quae erat · nisi
quae omnis pulchritudo quae in partibus constat multo amabilior in toto
quam in parte · Sic & in mundi corporis quae cum quae sint singula bona meliur
tamen faciunt bonum · dum singula unum ac ldebonum corpus efficiunt & pul
chritudinem suae uniuersitatis conferunt, Igitur **perfectis coeli et terra**
Bene plurali ccelo sposuit utrum quod ostendere & siue illud ccelum spiritualem
quod uidem p quo angelica creatura significatur est · siue hoc corporeum
quod cernimus · qd firmamentum uocatur me. **et omnis ornatus eorum**
Ornatus spiritualis coeli angelis & principatus sedes & dominationes potestates
accipiuntur · Ornatus huius corporis coeli · fulgor siderum & claritas solis &
lunae, Ornatus autem terrae diffusio maris · & erectio montium subductio uallium
rensis campi · lacus fluminum · fontium irrigatio · pratorum · gemmarum · & cetera
frugum · umbrae arborum · genera seminum · diuersitas animalium
bestiarum pecudum · uolucrum aquatilium · species corporum generum · mutatio
differentiam, Quod cum sex diebus creaturae omnis perfectae · Senarius
numerus conuenit, & senarius numerus munditiae · quae in sex diebus totius generis
corporis operis sunt consummatae, Unde & speciales quaedam ceteris perfecti
huius numeri dignitatem · unum enim & duo · & tria sex faciunt, Nec solum
ceteris partes tradit, Sed etiam · tertia · & dimidiam · Decem enim partes in suma
duplo;

Id unum dm̄ & tria simul eundem consumant, Perficiunq; senarium numerum
quae est ratio in reliquorum partibus numerorum, Aut nunquam aut difficile in
uestigari potest. Nisi tantum in hac perfectione senarii. in quo numerus
creaturae effectio consummatae est. Conpleuitq; dns die septimo
opus suum quod fecerat. Arguantur iudaei qui de otio sabbati
gloriantur quia et tunc in principio sabbatum dissolutum est dum dns operatur
in sabbato conplens opera sua in eo. & benedicens ipsi diei quia uni
uersa in illo conpleuerat, Requieuitq; dns ab uniuerso opere;
Trimodam expositionem de requiedi in die sabbato uel eres posuerunt,
Siue quod translato genere locutionis ipse requies creditur, quia
donos facit requiescere in se, Siue quod ipse per quem facta sunt omnia. die ipso
in sepulchro quieuit, Siue quia omnium creaturarum ita in ipsis
diebus sex expleuit originem ut noua in deinceps creaturam non con
deret qualiter cum dicatur requieuisse dm̄ ab omni opere suo dum dns
in euangelio protestatur dicens, Pater meus usque nunc operatur. & ego operor.
Haec questio ita distinguitur ut accipere debeamus requieuisse dm̄ die
sexto ab operibus suis. quia deinceps nullam creaturam nouam fecit, Ope
rari autem eum usque nunc non dubitamus. quia omnia ex eis facit. quae in illis
sex diebus misticis fecit. Ergo requieuit a condendis generibus creaturae
Non autem cessauit ab opere regendi uel administrandi omnia quae creauit,
Et benedixit die septimo et sanctificauit eum.
Quur dr sanctificauit diem qui et issue qui nullum sanctificauit operis sui. Nisi quia
se creaturae quam fecit diligendo praeposuit. non sanctificans diem quo eam
faciendam incoauit. nec illum in quo eam perfecit. Ne illis aut faciendis uel fac
tis augmentum eius gaudium uideretur, Sed eum sanctificauit quo ab
ipsis in se ipso requieuit, Iste generationes caeli et terrae
quando creatae sunt in die quando fecit dns caelum et terram
Quia enim superius per dies singulos distincte conditae omnia retulit. qualiter

nunc simul omnia uno die creatae sub unx. Nisi ut liquido ostenderet quod creatura omnis simul quoad substantiam exstitit, sed non simul quoad species processit. Res quippe ongo simul creatae. sed simul in specie formationone. et quod simul exstitit substantiae materiae. non simul coepperunt species formae. Cum enim simul factum sit caelum et terra secundum hrt. simul spiritualia et corporalia simul quidquid de caelo oritur. simul factum quidquid de terra producit indicat. Sed ideo quippe quae sexto die in caelo factae prohibentur. sed quod quae sexto die processit in specie. primo die in caeli substantia extitit per conditionem. Et in primo creatae tricedit et tertio arbustae odtae et eundem ut ita dicam uirentia deserbunt. Sed hoc quod die tertio in specie coepperunt. Primo in primo die quae ortum terrae substantiae conditum fuit. Scriptum enim quia uit in aeternum creaturam omnia simul, IN DIE QUO FECIT DOMINUS GENERA AGRI ANTEQUAM ORIRENTUR IN TERRAM OMNEMQUE HERBAM REGIONIS PRIUSQUAM GERMINARET, Quinde herbae regionis et uindi agri. antequam exorirentur et oriretur. et sine erant exortae. quinde eriam factae. Nisi quae accusiliter in illo die. quae eundo dictum est. producat tritae herbae. tunc eis producendi accepisse uirtutem et in eis tacitam in tempore. ut ita dixerim temporum fuitae eriam. quae ex tempore futuae eriam. NON ENIM PLUERAT DOMINUS SUPER TERRAM ET HOMO NON ERAT QUI OPERARETUR TERRAE Quia non erat homo qui operaretur terram. quia ita sexto die factus fuisset. Sed hoc ex accepitulendo commemoratur. quia quando factum uindicia agri non dum pluerat non dum homo factus erat, Sed fons ascendebat de terra irrigans, UNIVERSAM SUPERFICIEM TERRAE. Homo singulari numero pro plurali posuit. sicut miles pro militibus; qui dicit et non dum pluuia erat, Sed fons per uniuersam terram suis quibus; quae loca rumpentes regiones per quas irrigabant, Noluit ita hic fontes appellari scripturae. sed fontem per naturae unitatem, FORMAVIT IGITUR DOMINUS DEUS HOMINEM DE LIMO TERRAE. Secundum accusiliter rationem in sex dierum operibus factum, Secundum

uero originem temporum nunc formatus est. Nec quando dictum est factus
ipsam causam fecerat dicitur de qua erat suo tempore homo futurus; Causa autem
de qua in futurum formaretur. et materies de qua formaretur id est terrae
ac praecesserat, Item nonnullas intellegere accipimus. postea quam dictum est
Formavit dicitur hominem de limo terrae. propter eam enim additum ad imaginem et si
militudinem suam quam de corporis formatione dicitur, Tunc autem homo interior
significabatur. quando dictum est fecit dicitur hominem ad imaginem et similitudi
nem suam, FORMAVIT IGITUR DNS DS HOMINEM DE LIMO TERRAE
Quaeritur autem utrum vinilia et acta formatus est. an sicut in utero maternum factus
per spatia temporum creuisse utrum fecerit dicitur sue voluntatis seruientem, Verum
tamen si hoc hominum futurorum causa. unde erant insita atque praecondita in
die quo factum est caelum et terra. quando creavit dicitur omnia simul. Non
aliter adhuc de limo formatum intelligimus nisi perfectae aetatis. quae erat
in illis causis praeditus ubi dicitur hominem in sex dierum operibus fecit, ET FECIT DS
HOMINEM DE LIMO TERRAE Neuero tale erit corpus mortale iam
factum quale primo homini creatum videtur ante peccatum Sicut nec hoc in quo nunc
sumus tale est. quale aut fit. aut erit. quia primi hominis corpus et si habuit
in natura posse non mori. hac et et ideo habuit ut si peccasset posset morte
dissolui. istud autem cuius corruptio de peccato facta corruptio et ad mortem
mortalitas ducit. postquam cecidit in hanc moriendi necessitatem quam vide
mus et agimus ita est ab illius primi hominis creatio corporis qualitate mutatum
ut ad immortalitatem transire non possit. nisi per mortem sine meritandi
supplicium, Iterum illud quod credimus in resurrectione futurum immortale semel
effectum mori ultra non poterit. quicumque fuerit immortalis animae corpus
effectum. sicut ab illo. ita ab eo qualitas nunquam moriendi reparari poterit
Sed primi hominis corpus vitale fuit quod potuit et iam non mori. hoc mortale est
cuius necessitas facta est moriendi, in futurum quod absolute immortale erit
mori omnino non poterit. hac per hoc ille corpus facultatem non moriendi habuit

et natura;

Mortali uero condicionem moriendi habet ex poena. Immortale felicitatem numquam moriendi habebit in gloria. Et inspirauit in faciem eius spiraculum uitae et factus est homo in animam uiuentem. Si adhuc corpus solum erat anima adiuncta in corpori hoc loco intelligimus. Si autem homo ille quando factus est ex limo corpus et anima erat, nunc ipsius animae sensus est ad istam inspirationem cum factus est in animam uiuentem. Et factus est homo in animam uiuentem. Dum dicitur spirauit in eum spiritum uitae et factus est homo in animam uiuentem, Non est credendum ueluti partem naturae dei in animam hominis fuisse conuersam ut cogamur dicere naturam dei esse mutabilem, sicut anima ista est quae modo augetur et minuitur, modo proficit, modo scapit et dissipit, in quo magis errore manichei labuntur. Ergo ista natura dei erat et miseria et uitiorum labe corrumpitur peccati quod nefas est credere, Ideo non credendum illam esse partem dei sed creaturam maxime propheta testante qui dicit qui finxit spiritum omnis ipse scit omnia. Et alibi qui finxit spiritum hominis in ipso quibus testimoniis factum esse spiritum hominis in anima festius comprobatur, Sed propterea magis scripturarum exemplis firmatum est ne forte sine probatione uel anima facta esse non esset qui dicere spiritum hominis non esse factum sed naturam dei esse et in ipsum partem dei esse conuersam cum illa insufflatio facta est ad ostendendum promissa sunt de superiori spiritum non esse animam. Audiat euangelistam testantem quia animam quam Christus in carne suscepit spiritum nominauit, Nam cum dixisset dominus potestatem habeo ponendi animam meam quam sine dubio tunc posuit quando in cruce inclinato capite spiritum emisit. Unde nullatenus dubitandum est spiritum esse animam quam etiam dicit nec de se nec de qualibet subiacenti elementorum materia sed de nihilo fecit. Nam si de se et ipso eam fecisset. Numquam uitiosa aut mutabilis uel miseria esset. Et si ex elementis esset uisibilis facta fuisset.

Sed ne forte quis dicat:

aut ex terrae soliditate aut ex aquae humore aut flatu ex aere. aut
calorem ex igne. Sed quia his omnibus caret apparet etiam inde non esse quicumque
nihil habere probatur. Et inspirabit dominus spiraculum vitae. Ideo ani
ma spiraculum dicta est quia de nihilo facta corpori quod animaret insuf
flata est. Ideo autem additum est vitae. quia et iste caret plerumque dicitur spiritus sed tamen vita caret,
Et inspirabit dominus in faciem eius spiraculum vitae. Queritur autem
utrum dicitur animam insufflando fecit an ex eo quod fecerat corpori donando. potuit
insufflavit utrumque unum esse. nec habere aliquid questionis existimatur. quoniam sive
insufflando animam fecerit sive donaverit. nec de aliquo flatu suo. nec de se
ipso. sed ex nihilo aut insufflando creavit. aut creando corpori quod de terra
plasmaverat insufflavit. Et factus est homo in animam viventem.
Non quia illud spiramen conversum est in animam viventem. sed operavit animam
viventem, Nondum tamen spiritalem hominem debemus intellegere. quia factus est
in animam viventem. sed adhuc animalem. tunc enim spiritalis effectus est cum
in paradiso constitutus praeceptum perfectionis accepit. Itaque postquam peccavit et
dimissus est de paradiso in eo remansit ut animalis esset, et ideo animalem
hominem prius agimus omnem qui de illo postpeccatum natus sumus donec ad sequa
mur spiritalem ad aliquid Christum. Sic enim apostolus dicit. Non primum quod spiritale est.
sed quod animale, Plantaverat autem dominus paradisum, Tres sunt opiniones
de paradiso. una eorum qui corporaliter tantummodo paradisum accipi
unt. Alia eorum qui spiritaliter tantum. Tertia eorum qui utroque modo intellegi
volunt. quorum trium ultima magis veraciter est sentienda. Plantaverat
autem dominus paradisum voluptatis a principio. Paradisus ortus
sive voluntas dilitiae interpretatur verum tamen quod sequitur a principio significatur
quod prius quam caelum et terram dicitur fecerat et iam paradisum antea condiderat. Produxit
dominus deus de humo omne lignum pulchrum et ad vescendum suave,
Non ut aliquo novi generis ligno condiderit sed ex his generibus ista ligna in
stituta in paradiso quae iam terra tertia die produxerat et orta sunt enim

postmodum sed ideo ex illa virtute generandi quam terra acceperat. Lignum
etiam vitae in medio paradisi. Quidam dicunt non fuisse propriae
lignum cogentes in alligoriam transire ad significandum sapientiam quae est
lignum vitae. Verum tamen respondendum est eis quia sicut petra quae percussit
petra aquas sitienti populo prebuit. Quam quam significabat xpm. erat tamen
specialiter petra. Ita et lignum vitae quamvis eundem significet xpm. Tamen erat
et corporaliter evidentissime lignum. Quod propter et lignum vitae nuncupatum est.
ut dum illi homines indegustarent nec mors bonae senectutis deficerent.
in ceteris enim erat alimento in istos sacramentum. Lignumque scientiae
boni et mali. Hoc lignum vere lignum visibile et corporale fuit cibo
noxium. quia dicitur quia omnia bona fecit aliquid malum in paradisum insti
tuere non potuit. Sed propter ea appellatum est scientiae boni et mali. quia
homo per experimentum cibi prodidit quid esset oboedientiae bonum et inoboedi
entiae malum. Et fluvius egrediebatur de loco voluntatis
ad rigandum paradisum. Qui inde dividitur in quattuor capita. Nomen
uni fison. ipse est et ganges qui nunc dicitur nilus qui et hiopiae pastes mundat.
Tigris vero et eufrater. et iam non eandem nomina tenent. Sed eufrater fluvius
mesopotamiae est. Tigris vero contra assirios vadit. et per multum circuitum
ut vult iosippus in mare rubrum infundit. vocatur autem hoc nomine. ut ait
gerdinimus propter velocitatem instar bestiae nimia pernicitate currentis.
Tulit ergo dominus hominem et posuit in paradiso. Superius
breviter explanatum paradisum et constitutum hominem dixit. Nunc autem recapi
tulabit ut narraret quid sit paradisus constitutus. vel quid ibi posuerit ho
minem quem fecit ut operaretur et custodiret illud. Quid operaretur
quia non dum erat laboris defectio quid custodiret. ubi nullus erat ad
gressor vel predo. Sed potius hic sensus est. non ut ipse homo operaretur
et custodiret paradisum. sed ut ipsum hominem dominus operaretur et custo
diret eum in paradiso, Operari ut iustus esset custodire ut tutus esset.

praecepit q: et dicens Quaeritur quid loquebatur ad adam in paradiso dicitur. Loquebatur enim illi aut quid nunc angelis loquitur per caelestem substantiam aut quid patriarcis per corporalis speciem idem ex aere caelesti sumpta imagine aut forte quid prophetis in mente. Sic scribitur. Dixit mihi qui loquebatur in me. Ex omni ligno paradisi comede de lignorum scientiae boni et mali ne comedas. Quid enim in quid illa arbor si bona est quare non tango. Si mala est quid facit in paradiso. Prorsus ideo est in paradiso quia bona est sed nolo ut tangas quare non tango. quia oboedientem te volo non contradicentem. Ergo malum non erat lignum. Quur ergo prohibetur nisi ut homo observaret praeceptum cuius fuit transgressio malum. Quare prohibitum est nisi ut oboediens esset et subdi dominatione se esse sciret. Sed ille contenens praeceptum dei ex eo experimentum didicit. quid esset inter bonum oboedientiae et malum superbiae. Ex hac ergo re ipsum lignum tale nomen accepit.

In quo die comederis ex eo morte morieris. Utrum morte animae hoc loco praedixerit an corporis querendum est. quid autem corporali congruat morti quia non eodem tempore mortui sunt quando comederunt. Ergo hanc quam nunc homini minatur est mortem non est tantum debemus accipere qua caro separatur ab anima. Sed hanc quae hic alienatur anima a deo. qui est vita sua et illa quantulatus dicit. Homo a deo suo vel a sanctorum vita privatur occiditur immortaliter in gehennam.

Dixit quoque deus non est bonum esse hominem solum faciam ei adiutorium similem sibi. Si quaeritur quare oportuit fieri nihil aliud occurrit nisi prosignentur filii. Nam in primaeris conditione dictum fuerat masculum et feminam fecit eos. et benedixit eos dicens. Crescite et multiplicamini. et quamvis emissi de paradiso convenisse et genuisse commemorentur credimus tamen eos solo pietatis effectu sine ullo ardore libidinis vel dolore parientes digignere

potuisse filios in parte diso. Nec mortuis parentibus successuri. Nec ipsi mori-
turi. Sed ex lignovitae vigorem sumentibus perducerent ad numerum sanctorum quem
expectat quantitas predestinarii. Nec mirandum est ut sine peccatis sed
sempiternae possent dum enoc et helias in adam quidem mortui ac tentam
esse creduntur in corpore vivi. FORMATIS IGITUR DNS DS DE HUMO CUNCTIS
ANIMANTIBUS TERRAE ET UNIVERSIS VOLATILIBUS CAELI ADDUXIT
EA AD ADAM UT VIDERET QUID VOCARET EA. Quur hoc factum est
nisi ut ostenderet quanto privilegio homo pecoribus antecellet. Et scire quanto
melior est omnibus irrationabilibus animantibus homo qui ratione sua
cuncta distinguere et nominatim discernere possit. OMNE ENIM QUOD VO-
CAVIT ADAM ANIMAE VIVENTIS IPSUD EST NOMEN EIUS. Adam autem non inveniebatur
adiutorium simile sibi quia nondum mulier formata erat quae ad
iutorium eius vocata est. INMISIT ERGO DNS SOPOREM IN ADAM. Ista ex-
tasis quam dicitur inmisit in adam ut soporatur obdormiret recte intellegitur
istorialiter ad hoc inmissa ut ipsius mens per extasis partice perfieret angelorum
et intrans in sanctorum dei intellegeret innovissima. Et evigilans tamquam pro-
phetia plenius sacramentum quod commendat apostolus eructuaret. Cumque
OBDORMISSET TULIT UNAM DE COSTIS EIUS ET REPLEVIT CARNEM PRO EA.
Dicunt quidam quur femina de costa viri facta est. Nunquid autem
deerat unde femina formaretur, aut si vellet dicitur homini vigilanti
costam protrahere sine dolore non potuerat, quur ergo soporem inmitteret.
Respondendum est illis quod ista omnia futura pro xpo et ecclesia facta sunt. Et sunt ple-
na mysterii sacramenta quae subtenus suo loco manifestanda sunt.
ET EDIFICAVIT DNS DS COSTAM QUAM TULERAT DNS DE ADAM IN MULIEREM.
Quod hic feminam dicitur creatam qui superius ab omni opere suo requievit sed non eam
hic creavit in materiam sed ex praeesse informa. Prius enim originaliter
in viri latere facta est. Nec in specie ex latere viri formata est.
Ecce legimus carnem mulieris de viro creatam, quae enim utrumque de anima eius
acciperent animam cum singulis singulae de nihilo factae sint.

Utrix sic cecro ncor cbilrum sicom conimcco & cecdēubure cpedantur an
nouccs fiant & hc pcrentib; minime psopcegbntur, Quccqucstio mdesici
sido difficilis est quicccontrcerir obiectiombur destruitur. Nē illi quino
uccr conimcor dicunt singulis corpoyb; Dcoyeamillis oppomcepbyt: quur
conimcc pcruuli. quccēn propcagcēt ut cccsd. cū cccrne oyginedi pbccctj
tenecctur consofio. Numquid iniustur ē dr ut cum cccrnē mittcr animā
inignē cclēnū quccbū cccrnēn hccbēt communc pbccatum, Hoc cū illis op
ponitur omnino deficiunt arcontrcdlli qui cdrē conimcs cū ipsis corpo
yb; propcagccy. Prorsum quidem inpcoriculis iustum diiudicū firmare
ut communc hccbccn pbccatum oyginedem sic communc uindicant.
Utriusq: eō ppcagcctione rdcliconsidcrcionē seminū quccēn conceptc
pbyant & ipsi pbnt obmutescunt, Anima quippe humcnā cbstum ē
cbēnitatēn inpro conditio mirāg munāy opcepirre quccnecessre est
ut corpur inquo hic quccontulū cūq: tempsuxcrit in resurrcctione re
cipicat. Quis ergo dicat conimcc tcc semina profluxisse. siue ullco quicc
noctur nec inlusione funduntur, Quodom mis cepibus dēl quicc
sit cbsurdum & cccrcctione omnino dissclienum. Diuerge proposi
tiomb; dcconimcc oyginecc. pcrtesse nuicē uincunt quicccun co quas
q; eccry cum cclienē ppositionē destruit. Ipsccm nonuicet & cccl stribs
quod proponit. ob hoc dch cco quccstione cccurrur quccrendum ē. mccxi
me quicc cccdir uny nihil cbstur definitum ē. Nbc sccry scribturcrum
conl tonytcctemcem fcstur pronuntiatum, Illud tcomcn bridum est
pcruulorx conimcc sub pbccccto oyginecle ēē cccl stylcor. quccnisi
cccipicent bcptismcotis sccrcmtū regni cccclestis pcsticcpcrē
ē possē. rcdcum cccrne cōmune hccbent pbccatū. & pcoyudicio dem
ncbuntur inignē cclēnū. Sed ic cqd cop tūē prequcmur. ET ADDUX
ERAD ADĀ UIUIDERET QUID UOCARET. Sciliccl uiuo cārcl mulie
rem sucem uitā quā post hoc in fhoyem. DIXQ: ADĀ HOC NŌ OBDEOSSIT;

meis et caro de carne mea. Hoc multi confirmaverunt
solam carnem eam de viro traxisse non animam. pro eo quia cum dixisset:
Hoc nunc os de ossibus meis et caro de carne mea non adiunxit et anima
de anima mea. Haec vocabitur virago quoniam de viro sumpta est.
Beneficia origo nominis in latina lingua expressa est. sicut in hebraica
lingua habetur ubi quippe vir vocatur is. et mulier issa. Recte ergo
ab is appellata est issa. quod et iam et interpres bene transtulit dicens. Haec
vocabitur virago quoniam de viro sumpta est; Nam virago velut habet
aliquam similitudinem cum viri nomine, Mulier autem iuxta quod septuaginta
interpretes transtulerunt non habet, quam ob rem reliquit homo patrem
suum, et matrem et adherebit uxori suae et erunt duo in car
ne una, Sacramentum hoc ad historiam non defertur quia totum per prophetia
est. et iuxta apostolum in Christo tantum atque ecclesia adimpletur. Erant
autem utrique nudus Adam scilicet et uxor eius et non erubescebant.
Non quod eis nuditas esset incognita. sed turpitudinis nondum fuerat
cognitio quare quia nondum libido membra illa extra carbitrium
commovebat, Nullus enim erat motus in eorum corpore libidinis cui vere cun
dia deberetur. Sed et serpens erat callidior. Proinde dictus
est callidior serpens iste propter astutiam diaboli quae in illo est et de illo age
bat dolum cunctis animantibus terrae. Quia quamvis per vaticina
tionis angeli per superbiam fuissent dei et in natura tamen excellentiores sunt
omnibus bestiis propter rationes eminentiam. Propterea hic dixit astutior omnium
bestiarum, Hic tamen angelus per aquam cecidit invidens. Elegit sibi ani
mal naturae suae aptum tortuosum lubricum per quem loqueretur et deice
ret hominem de paradiso corporali et spirituali. Nam ille angelus de spi
rituali tantum paradiso cecidit. homo vero iste et de spirituali et corporali.
Erat enim ille corporale paradisum ubi exterioris sensum corporis bona fruebatur
erat et spirituale in quo divitiae beatitudine interius laetabatur ,, ,

Qui dixit ad mulierem. Inferior sexu cepit ut prius mulierem seduceret. et per mulierem virum fallens facile circumveniret. Quum preceptum vobis
dominus ut non comederitis ex omni ligno paradisi. Quidem hic in
primis persuaderet. nisi ut voluntas divina despiceret. et propria possit suaderi.
Cui mulier respondit. De fructu lignorum quae sunt in paradiso vescemur.
De fructu vero ligni quod est in medio paradisi. precepit nobis dicens ne comedamus illud
ne forte moriamur. Dixitque serpens ad mulierem. Nequaquam
morte moriemini scit enim dicit quod in quocumque die comederitis ex eo. statim
aperientur oculi vestri. et eritis sicut dii scientes bonum et malum. Neque enim persuaderet
quem voluit poterat ut magis deciperet. Nisi aliquid melius providere
simularet. Innocentibus enim mentibus humanitatis ignorantiam reprehendit.
et scientiam divinitatis promisit. ut velocius persuaderet. dum talia pollicet
quod a commodo serpens ille peccatum persuaserit. diligenter considerandum est.
pertinet magis ad salutem nostram ut talia caveamus. Videamus enim ad
